

Bint. 472

Einzelne Aufgaben zu lösen:



DISSERTATIO IVRIS ECCLESIASTICI PVBLICI
DE
**PRIMATIBVS, METRO-
POLITANIS, ET RELIQVIS
EPISCOPIS ECCLESIAE
GERMANICAE,**
QVAM CONSENSV
MAGNIFICI IVRECONSULTORVM ORDINIS
PRAESIDE
D. IO. IACOBO MASCOVIO
PVBLICAE
IN ACADEMIA LIPSIENSI
ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBIICIT
H. L. Q. C.
*A. MDCCXXIX. D. XXIII. IVNII
AVTOR ET RESPONDENS*
IO. FRIDERICVS MAGER
LIPS.

LIPSIACE
RECUSA MDCCXXXIII.

Bint. 472 (1)

254
DE
SOCIATIUS TANZ CECERITATIS FAVORE


RIMAMBIUS METRO
POLITANUS ET HERITIUS
EPISCOPIS ECCLESIAE
GERMANIAE
GAVM CONSERVA
ALICUNICU MECONIUS TORN ORBIS
TRASIDE
D. IO. IACOBO MASCOIO

IN ACADEMIA TIBURTIA
ERUDITIONUM DEDICATIONE
HOC
M. XIX. DXXVII
IO. HEDGRICAS MAGISTER

1371 167 10 293

LIBRARY
UNIVERSITY LIBRARIES

GENEROSISSIMO ET EXCELLENTISSIMO
DOMINO
FRIDERICO ÁVGVSTO
DE KVHLWEIN
IN RASCHWITZ
SACRAE
REGIAE MAIESTATI
POLONIARVM
ET
ELECTORI SAXONIAE
A LEGATIONVM CONSILIIS
PATRONO COLENDISSIMO



HANC DISSERTATIONEM
AD RECOLENDAM GRATAM TOT BENE-
FICIORVM
QVIBVS STVDIA SVA PROMOVIT
MEMORIAM
CVM VOTO OMNIGENAE FELICITATIS
IN
DEVOTISSIMI ANIMI PIGNVS
D. D. D.
OBSEQUENTISSIMVS CLIENS
IOHANNES FRIDERICUS MAGER.

Binterimsche
Bibliothek
Düsseldorf-Bilk

Bint 472



C O N S P E C T V S .

- §. I. *Instituti ratio.*
 §. II. *Politia ecclesiastica ad ciuilem instituta. Exceptiones ab illa regula.*
 §. III *Patriarchae, quotuplici sensu dicantur: ubi de V. Ecclesias Patriarchalibus.*
 §. IV. *Primatis vox quid significet in genere. Propria Primate in ecclesia occidentis species: Alii qui dignitatem et auctoritatem habent, in alios Metropolitanos: V. Alii qui dignitatem sacerdotum.*
 §. VI. *De titulo Archiepiscopi: quando Metropolitani promiscue illo uts coepirint?*
 §. VII. *De Metropolitanis. Sedes Regalis non facit Metropolin ecclesiasticam. In Novis Provinciis ecclesiasticis condendis quae ratio?*
 §. VIII. *Causa concessae Episcopo metropoleos auctoritatis. Jura Metropolitanis, ubi in primis de iudicaria potestate. Insignia dignitatis: Pallium, ubi explicatur Can. I. Dist. C. et cap. Archiepiscopo in Clement. Itemque Praelatio crucis. §. VIII. Ordo Metropolitanorum secundum ordinationem: Provincia prima in secundam aliquane auctoritas? Illustratur 13. D. de officio Assess. & Iun. C. de metropoli Beryto. §. X. Is ordo in specie servatus inter Metropolitanos Galliae Belgiae: Illustratur Aureae Bullae tit. XXIII.*
 §. XI. *De Vicariis et Legatis natis Romanae sedis.*
 §. XII. *Ortus ecclesiae christiana per Germaniam. IRENAEI locus explicatur. §. XIII. In primis per Germaniam Primam et Secundam. Agroecii, et Materni memoria. §. XIV. Itemque per Germaniam magnam. §. XV. Hierarchia per Gallias instituta sub Constantino M. Formataque ad Nicaenam, ac postea Sardicensis quoque concilii decreta. §. XVI. Constantini M. distributio prouinciarum Imperii per IV. praetoria, quid ad ecclesiasticae politiae, in primis Germanicae, origines illustrandas conferat?*
 §. XVII. *METROPOLIS MOGUNTINA: Antiquum ius Moguntiae metropoliticum ex primaeva distributione. PHILIPPI BERTERII, et PETRI de MARCA sententia assertur.*
 §. XVIII. *Neglecta per Francicam ecclesiam petitia. Metropolis instauratae, inque illis Moguntina, a Bonifacio. §. XIX. Archiepiscopus Moguntinus primae in regno Germaniae sedis Episcopus factus. Moguntia quo sensu Franciae, item Germaniae metropolis iacta? §. XX. De Primate ecclesiae Moguntinae.*

- §. XXI. SUFFRAGANEI: Ex antiqua provinciae Germaniae Prima ratione, Vormatiensis, Argentoratensis, Spirensis. Vormatia an unquam metropolis?
- §. XXII. Ex Rhaetia et Vindelicia. Curiensis, Constantiensis et Augustae Vindelicorum. Curiensis an quondam sub Mediolanensi? §. XIII. Augustana Ecclesia an quondam sub Medioleno? Instaurata a Francis.
- §. XXIV. Constantiensis primum fuit Vindonissae. Haec sub metropolite Vesontina.
- §. XXV. In Franconia: Eichstadiensis. §. XXVI. Würzburgensis, ubi et de Ducatu Franciae Orientalis titulo.
- §. XXVII. Ex Saxonici: Paderbornensis. §. XXVIII. Hildesheimensis.
- §. XXIX. Halberstadiensis: Fundationis annus non satis certus; Episcopatus seculo addictus in Pace Westfalia. §. XXX. Verdensis saeculo itidem addictus.
- §. XXXI. Episcopatus Bambergensis immediate est sub sede Romana.
- §. XXXII. METROPOLIS COLONIENSIS. Sententia PETRI de MARCA de Antiquo Ecclesiae Coloniensis jure Metropolitano afferitur, et respondetur objectionibus CAROLI a S. PAULO.
- §. XXXIII. Jus Metropoliticum aliquandiu jacuit, mox instauratum est. §. XXXIV. Singularia iura Ecclesiae Coloniensis ubi et de Cancellariatu Ecclesiae Romanae. §. XXXV. De Primatu Ecclesiae Coloniensis, ex definitione Leonis IX. & Eugenii III. Pontificum.
- §. XXXVI. SUFFRAGANEI: Ex antiqua Germaniae secundae ratione
- §. XXXVII. Quondam et Ultraiectinus. (Leodiens).
- §. XXXVIII. Ex Westphalicis: Osnabrugensis. De antiquitate huius Ecclesiae disceptatio. Singularis illi formula per Pacem Westphalicam data. §. XXXIX. Monasteriensis: et quondam Mindensis. Haec in Pace Westphalica soluta Religione.
- §. XL. TREVIRENSIS METROPOLIS. Provinciarum Belgicae recensio.
- §. XLI. Treuirensis ecclesiae origines, Treuirorum urbis praerogativa. Sedes Imperatorum et praetorii Galliarum. Episcopo quae inde dignitas? Clades urbis. Praefectura Arelatem translat. §. XLII. Jus metropoliticum mansit ecclesiae Treuirensi. §. XLIII. De Primatu Treuirensi: Illustratur c. 10. Qu. 3. cauſ. XI. §. XLIV. In eius formula constituenda diuersas periodi distingui debent. Primi per Gallias Metropolitanani honoris cum BERTERIO, et MARCA afferitur, quam diu praetorium Galliarum in urbe fuit. §. XLV. Secunda periodus, qua saltim per Galliam Belgicam Primatum habuit. §. XLVI. Tertia Primatus periodus. Secundum illam explicata bulla Johannis XIII,
- §. XLVII.

- §. XLVII. De SUFFRAGANEIS: Metensi, Tullenſi, et Verdunensi: In pace
Monasteriensi ius metropolitanum Treuirenſi referatum est.
- §. XLVIII. De Cameracensi ecclesia obiter. Vetus eius cum Germania
nexus. Archiepiscopatus erectio. Pristini Metropolitani Rhemensis
contradiccio.
- §. XLIX. Obiter de ecclesia Burgundica: Ubi et de Episcopo Basileensi.
- §. L. Ecclesiarum per Noricum origo: Antiquae illarum dioeceses incertae.
§. LI. Vtrum fuerint sub primatu Sirmiensi? Virtusque sententias
momenta. §. LII. Episcopi in Norico mediterraneo sub Aquleienſi,
saltē aeo Justiniani. §. LIII. LIV. Norici Ripensis caput Laurea-
cum. Episcopus eius Metropolitanus quibus argumentis dicatur?
- §. LV. Cathedra Patauium translata. Cardo controvērſiae in-
ter Salzburgensem et Passauensem. §. LVI. Aliae per Noricum
ecclesiae. Juuaia. Ex eius ruina Salzburgum emerſit. Eius
ecclesia a S. Ruperto instaurata. §. LVII. Ecclesiae in his pro-
vinciis instauratae a Bonifacio.
- §. LVIII. SALISBURGUM METROPOLIS. Provincia eius ordinata.
§. LIX. Contradiccio Passauensium; ius Laureacensis metropoleos
instaurare cupientium. Trolfo et Gerardo, Laureacensibus, fauct
Eugenius Papa, et Leo VII. §. LX. Agapetui II. et Laurea-
censem et Salzburgensem, utrumque Archiepiscopos appellat. Be-
nedictus VII. Laureacensis et Salzburgensis metropoleos terminos
definit. Ottonis II. in ea re autoritas. §. LXI. Ecclesia Salzburgensis
sola ius metropoleos evicit: Archiepiscopus Legatus natus.
- §. LXII. SUFFRAGANEI. Passauensium de exemptione controvērſia.
- §. LXIII. Frisingens. §. LXIV. Ratiponens. §. LXV. Sa-
bionensis: quando cathedra Brixinam translata? §. LXVI. Gur-
censis in Carinthia superiori. Eius ad Domum Austriaeam ha-
bitus. Conuentio de nominatione Episcopi inter Domum Austriaeam
et Archiepiscopum Salzburgensem. §. LXVII. Lauantinus in
Carinthia inferiori: Seccouensis in Stiria. §. LXVIII. Chyemensis.
- §. LXIX. Tridentinus exemptus. Eius, et Brixinensis, ad Domum Au-
striacam, intuitu ciuilis potestatis, habitus.
- §. LXX. Labacensis in Carniola exemptus: itemque Tergestinus: Is olim
sub Gradensi metropoli.
- §. LXXI. METROPOLIS VIENNENSIS. Ecclesiae origines. Imp.
Carolii VI. in nouam metropolin studium. Suffraganeus Episco-
pus Neostadiensis. Inseritur Innocentii XIII. bulla nouam metro-
polin constituentis.
- §. LXXII. HAMBURGENSIS METROPOLIS Instituta a Ludouico
Pio

Pio, et Gregorio Papa. §. LXXIII. Ei unita ecclesia Bremensis. Lit
de eo cum Archiepiscopo Coloniensi, pro Hamburgensi definita.
§. LXXIV. Eius suffraganei: Subordinatae Ecclesiae per regna
septentrionis. LXXV. Illa sensim Metropoli Hamburgensi subducta.
Metropolis Lundini; in Scania condita. Tum Vpsaliae in Svecia.
Denique Nidrossae in Norvegia. Bremensis ecclesiae titulus prae
Hamburgensi praevaleat. §. LXXVI. Episcopatus Aldenburgen sis
Eius cathedra Lubecam translata. Institutus episcopatus Meclen-
burgi, post Suevnum translatus. Item Ratzeburgi. §. LXXVII. Bre-
mensis archiepiscopatus in Ducatum versus. Episcopatus Ratzebur-
gensis & Suevicensis in Principatus. §. LXXVIII. Episcopatus Lube-
censis formula. Pactum Capituli cum Domo Holsatica Gottorpie nsi.

§. LXXIX. METROPOLIS MAGDEBURGENSIS: ab Ottone Ma-
gno designata. §. LXXX. Eius Primatus. Priuilegia Imperatorum.
§. LXXXI. Archiepiscopatus in ducatum mutatus. §. LXXXII. Suff-
raganei eius. Cizen si, cuius cathedra deinde Numburgum transla-
ta: item Mersburgensis, Brandenburgensis et Havelbergensis: (ubi obi-
ter de episcopatu Lebusensi) Misnensis fuit exemptus. §. LXXXIII.
Archiepiscopi vetus praetensio in Episcopos Poloniae.

§. LXXXIV. Colbergae in Pomerania institutus Episcopatus. Breui inter-
cidit. Otto Bambergae Episcopus religionem christianam instau-
rat. Episcopatum Julini condit. Is postea Caminum translatus.
§. LXXXV. Eius dioecesis. Immediate est sub sede Romana.
Ducum Pomeraniae circa electionem autoritar, itemque sublime ter-
ritorii ius. §. LXXXVI. Vicissitudo sacrorum. Pacis Vestphali-
cae de hoc episcopatu dispositio. In principatum versus. Locum
et suffragium in comitiis habet.

§. LXXXVII. METROPOLIS PRAGENSIS. Pragae Episcopatus
conditus. Is et Morauiam complexus. §. LXXXVIII. Mox a-
mittit. Inuestiturae per baculum et annulum olim usitatae de-
scriptio. Ecclesia Pragensis sub metropoli Moguntina. Inde Mogun-
tini Archiepiscopi ius coronandi Reges Bohemiæ:

§. LXXXIX. Episcopus Pragensis factus Archiepiscopus. Suffraganei Olo-
mucensis et Lythomislen sis. Archiepiscopus Prog. unctionem rega-
lem peragit. Consilia Caroli R. pro amplificanda Pragensi diocesi.
§. XC. Metropoleos, quae fere intercederat, instauratio. Titu-
lus Legati nati &c.

§. XCI. Olomucensis exemptus: Concordatis nationis Germanicae utitur.
Episcopus S. R. l. princeps: item Comes capellae Regalis in Bohemia.
§. XCII. Litomislen sis intercidit. Novi suffragani.

§. XCIII. De episcopatu Vratislauicen si: deque eius exemptione.



§. I.



Ermaniae sacrae statum, (nobilem Iuris Publici partem *) recensere animus erat, et explicare principia, quorum usus in controversiis, quae saepe de eo exortae, ad Comitia etiam, partim quoque ad Tribunalia Imperii, delatae fuerunt. Saepe enim de Iure Primatus, deue Iure Metropolitano, aut libertate Ecclesiarum: de illarum habitu ad imperium: de electionibus et postulationibus: Episcoporumque, et Capitulorum iuribus disputatum. Tum circa dioeceseos limites, et iurisdictionis Ecclesiasticae exercitium, aliaque eius generis, lites suscitatae, maxime ex quo sacrorum conuersio passim secuta, et plures Episcopatus religione soluti sunt. Sed conuenire visum ante omnia sistere ipsam Ecclesiae Germanicae Politiam, per Metropoles ordinatam. Qua in re ita versabimur, ut ex immensa farragine de regimine Ecclesiastico, de Patriarcharum, Primatum, et Metropolitanorum ordine, ac iuribus pauca delibemus, dein usui futura in disceptationibus, quae passim in Ecclesia Germanica fribuerunt. Tum ortum & progressum Hierarchiae per Germaniam breuiter explicemus: Denique per partes eundo Metropoles, non alio

A

quam

quam inuitauerit forte argumentum, ordine recenzeamus: vbi simul iuribus singularibus, et controversiis singulorum, commode locus reperitur. Sed erit aliquid tam vastum argumentum recte adumbrasse: Contentisque dare

paruam Troiam, simulataque magnis

Pergama

sufficiet partes recte et concinne disposuisse, et mensuram vbi que seruasse.

*) Ita VLPIANVS *Publicum ius in sacrīs, in Sacerdotib⁹, in Magistratib⁹ confistere*, ait, l. 1. ff. de Iustitia et iure. Exemplum dat TACITVS Ann. III. 60. in iudicio Senatus de alyli iure, quod passim Graeciae ciuitates templis suis vindicabant, vbi addit: *Magnaque eius diei species fuit, quo Senatus maiorum beneficia, socrorum pacta, regum etiam qui ante vim Romanam valuerant decreta, ipsorumque numinum religiones introspexit.* Sed limites ex disciplina Christianorum Publici circa sacra Iuris positi.

§. II.

Initio statim notandum, ecclesiasticam politiam, qualis florente Imperio Romano adornata fuit, ad instar distributionis civilis (1) in plerisque (2) institutam antiquitus fuisse. Imperium vero Romanum in ciuili administratione per prouincias distributum erat: atque inter vrbes singularem prouinciarum illa, quae prouinciae caput habebatur, metropolis vocata est, inque ea Praefecti regionis, siue Consularis, siue Corrector, siue Praeses esset, sedem habuere, (3) vnde Metropolitani Iudices a Iustiniano vocantur. *) Ita quoque in ecclesiasticis Episcopi per vrbes collocati. Episcopo vero qui in metropoli esset, primae in sacrīs conuentibus partes datae. (4) Et quum a Constantino Magno noua Imperii diuisio instituta, Episcopi vrbum, in quibus Praefecti praetorio essent, in eadem dioecesi, nouas sibi praerogatiwas vindicauere. (5)

(1) Ipsi

- (1) Ipsi Imperatores hoc argumento, a civili distributione sumto, vtuntur: L. 23. C. Theodos. de Episcopis, vbi hæc habentur: *Qui mos est, cauſarum ciuilium, iidem in ecclesiasticis negotiis obtinendi sunt, ut, ſe quae ſunt ex quibusdam diſcenſionibus, leuibusque delictis, ad religionis obſeruantiam pertinentia, locis ſuis, et a ſuae dioceſeos Synodis audiantur.* add. l. 29. pr. Cod. de Episcopal. audientia. Hanc regulam inculcant, quoquot antiquam ecclesiae disciplinam attigerunt. Sed ec data opera id egit PHILIPPVS BERTERIVS, in Senatu Tolosano Praefes, in Libris PITHANON, quibus ciuilis Imperii Romani notitia, & ecclesiæ politia illuſtrantur. Tolosae 1608.
- (2) Regulam hanc, ecclesiasticam politiam, ad ciuilem adornatam multæ exceptiones premunt. Vid. P. ANT. PAGIVS in Critica annalium Baronii ad A. DCCXLV. num. V. ELIAS DV PIN de antiqua ecclesiae disciplina Dissert. I. §. VIII. in quo prouinciarum et dioceſeon ecclesiasticarum diſtributio ad formam politici regiminis deſcribitur, et præcipuae in illa mutationes annotantur. Alia exempla profert GEORGIVS de metropolibus Italiae cap. XXII. Et nos infra plurima notabimus.
- (3) De metropolibus per Romani Imperii prouincias egit EZECHIEL SPANHEMIVS Op. de vſu et præſtantia numismatum T. I. Diff. IX. ANTONIVS VAN DALEN. Diff. III. p. 235.
- *) Nov. I. cap. 4.
- (4) CAN. II. Concilii Taurinensis, habiti secundum BARONIVM A. CCCXCVII. secundum HARDVINVM A. CCCXCV. secundum PAGIVM A. CCCCI. Illud inter Episcopos urbium Arelatensis et Viennensis, qui de primatus apud nos honore certabant, a sancta synodo, definitum est, vt qui ex iis approbauerit, ſuam ciuitatem eſſe metropolim, is totius prouinciae bonorem primatus obtineat, & ipſe, tuxia præceptum Canonum, ordinationum babeat potestatem. Historiam contentionis subfecutæ vid. apud PETRVM DE MARCA de Primatibus §. LXXI.
- (5) Hoc argumentum fusius excoluit IOSEPHVS MOTTA de Iure Metropolitico §. 44. Exempla Episcoporum Sirmii et Treuironum infra occurrent.

§. III.

Sed hic tantum præcipuos gradus dignitatis, et autoritatis in Ecclesiastica Politia breuiter attingimus. Primum

A 2

eminet

4 DE PRIMATIBVS, METROPOLITANIS ETC.

eminet Patriarcharum nomen, quod iis praecipue tribuitur, a quibus tempore Veteris Testamenti populus Dei propagatus fuit. Retentum etiam a Iudaicæ sectæ Principibus, in primis Alexandriae. (1) A quibus ad Christianorum praesulum honorem translatum, et iis Episcopis datum est, qui plures dioeceses sub se haberent. Hoc sensu Patriarcharum nomen in concilio Chalcedonensi solenniter adhibitum. (2) Res ipsa autem antiquior. Siquidem iam ante Episcopi Romani, Alexandrini, et Antiocheni illa praerogativa potiti erant: eiusque rei autoritas Canone VI. Concilii Nicaeni sancta. Qui ex GENTIANI HERVETI interpretatione ita legitur: *Antiqui mores serventur, qui sunt in Aegypto, Libya, et Pentapoli, ut Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem: quandoquidem Episcopo Romano hoc est consuetum. Similiter et in Antiochia, et in aliis prouinciis sua priuilegia ac suae dignitates et auctoritates ecclesiis seruentur.* (3) Additus iis Constantinopolitanus, ob vrbis regiae honorem, (4) quam per omnia aequare Romae veteri studebant Imperatores. Denique et Hierosolymitanus. Praeterea tamen et alia Patriarchæ significatio mansit, quae idem ac Primatem notet. Quo sensu Primates in Hispania, in Gallia, in Britannia, quandoque Patriarchas appellatos legimus; et Aquileiensem (5) quoque ac Gradensem adhuc hodie appellari volunt.

(1) Cod. Theod. Lib. XVI. tit. 8. CANTELIVS de Metropolibus Part. I. Dissert. I. cap. 2. §. 2.

(2) CONCILIVM CHALCEDONENSE anni CCCCLI. aet. 2.

Gloriosissimi iudices, et amplissimus senatus dixerunt: Si placet vestrae reverentiae, sanctissimi Patriarchæ singularum prouinciarum, eligentes singulos aut binos suae propriae quisque prouinciae, in medium transeuntes, etc.

(3) Diuersas eius Canonis explications recenset IOH. LAVNOIVS Aequalitatem veterum Metropoleon ex eo asseruit FRIDERICVS SPANHEMIVS.

(4) Can.

(4) Can. III. CONCILII CONSTANTINOPOLITANI I.

A. CCCLXXXI. celebrati : *Constantinopolitanae ciuitatis Episcopus habeat priuilegia honoris, post Romanum Episcopum, eo quod sit ipsa noua Roma.* Quem canonem aduersus BARONIVM vindicat DV PIN de antiqua ecclesiae disciplina Diff. I. §. II. Caeterum contra Constantinopoleos Praesulum, aequari Romanis volentium praetensiones edidit ANTONIVS VAIRA librum de *praerogatiua oecumenicae nomenclationis, et potestatis Romani Pontificis, a Constantinopolitanis Praesulibus usurpatav.*

(5) Pro dignitate Patriarchalis appellationis, Ecclesiae Aquileiensis disputauit nuper, maxime contra BARONII sententiam, IOSEPHVS MOTTA l.c. §. 31. et sq.

§. IV.

Primas quidem vi vocis dicitur, qui primum ac praecipuum locum alicubi obtinet, eoque sensu et in prouinciis Metropolitani dicuntur Primates, et in dioecesi Patriarchae. (*) Saeculis autem posterioribus Primatem propria aliqua appellatio (1) in occidentali ecclesia, et singularis in sacro ordine gradus, constitui coepit. Atque hoc titulo potiti sunt praecipuarum quarundam vrbium Episcopi, quibus quaedam supra caeteras metropoles praerogatiuae attributae. Duorum generum Primates reperimus. Alterum est illorum, qui praeter dignitatem, autoritatem quoque in alios Metropolitanos habent. Huius autoritatis speciem ex S. LEONE solent ostendere, qui in epistola (2) ad Anastasium, Thessalonicensem Episcopum, cui vices Romanae Sedis deferebat, sequentia illi tribuit. I. Vt Episcopos, et Metropolitanos electos ante confirmet, quam ordinentur. II. Vt lites dirimat, quae in concilio prouinciali decidi nequierint. III. Concilium nationale ex toto exarchatu conuocet. IV. Curet, vt per omnes ditionis suae ecclesias disciplina et ecclesiasticae leges diligentissime obseruentur. Si cui malo mederi non possit, Pontificem admoneat.

6 DE PRIMATIBVS ET METROPOLITANIS ETC.

moneat. V. Denique Metropolitanis, Episcopis, caeterisque clericis, qui patria exire, et ab ecclesiis abesse velint, formatas det, seu communicatorias litteras. Caeterum haec formula proprie fuit Thessalonicensi Exarchatui. Neque ex illa metiri debemus omnium Primum iura. Siquidem non vna eademque omnium potestas fuit. Sed attendi debet, quid Pontifices cuique tribuerint, ideoque inspici debent litterae, quibus primum concessere, simulque inquireni num agnitae fuerint? (3) Quare ELIAS DV PIN, vbi de singulis Primatibus Galliae egit, ita concludit: (4) *Tota primatus, aut vicariatus potestas, a Romanis Pontificibus Episcopis Gallicanis concessa, ad quatuor aut quinque capita reuocatur: I. Est formatarum tribuendarum. II. Conuocandi concilii dioecesani. III. Referendi ad Pontificem de maioribus causis. IV. Cauendi ut canones obseruentur, fidesque illibata maneret. Quibus V. additum est posterioribus saeculis, ius appellationum a Metropolitanorum iudiciis, quod solum obtinere videtur Lugdunensis Antistes. At ius ordinationum Metropolitanorum Primatibus, aut Vicariis nunquam in Gallia concessum est, sicut Thessalonicensi Vicario.*

*) Et Patriarchae quidem diu hanc appellationem solis sibi vindicatam voluere. Profert in hanc rem Aniceti Papae responsum can. 2. Dist. XCIX. 2. Nulli Archiepiscopi Primates vocentur nisi illi, qui primas tenent ciuitates, quarum episcopos Apostoli, et successores Apostolorum regulariter Patriarchas et Primates esse constituerunt: nisi aliqua gens deinceps ad fidem conuertatur, cui necesse sit propter multitudinem eorum Primum constitui. Reliqui vero, qui alias Metropolitanas sedes adepti sunt, non Primates, sed Metropolitaniani nominentur. Hanc Aniceti decretalem supposititiam esse constat. Defumtum tamen ex illa Capitulare Caroli M. discerni volens, edixit: *Ne alii Metropolitanani appellentur Primates, nisi illi qui primas sedes tenent, et quos Sancti Patres Synodali, et Apostolica Autoritate Primates esse decreuerunt. Reliqui vero, qui alias Metropolitanas Sedes sunt adepti, non Primates, sed Metropolitanani vocentur.*

(1) De

- (1) De origine et occasione Primitum huius generis in Occidentis Ecclesia institutorum, docte, pro more, egit Illustriss. PETRVS DE MARCA in Diss. de Primatibus. In illa §. CXXV. disputat aduersus GARSIAM LOAISAM, qui in libro de institutione Primitatis Toletani, nimiam vetustatem singit, Primumque ab ecclesiae initiosis repetit.
- (2) Epist. LXXXIV. (in Editione Operum QVESNELIANA, XII.) Ex hac epistola desumus est can. 5. Diss. 65. l. *ne Metropolitanus Episcopum absque consensu Primitatis ordinet.*
- (3) Diuersam Primum per Gallias potestatem ex Pontificum tabulis recenset ELIAS DV PIN l.c. §. X. pag. 31. seqq.
- (4) l.c. p. 35.

§. V.

Alia est Primum species, quibus dignitas quidem competit, non autoritas in alios metropolitanos. Quique adeo sibi met subordinatos Archiepiscopos non habent, sed vicissim neque ipsi alteri cuiquam Primi subsunt. De his HINCMARVS: (1) *Quibus canonum decretis, et sedis Romanae sententiis claret, eosdem Metropolitanos Primates esse singulos singularum prouinciarum, qui ex antiqua consuetudine, et apostolica traditione, et conuocare synodos, et ordinare Episcopos, et ordinari a Provincialibus, sine cuiusquam alterius Primitis interrogatione possunt, et disponere regulariter quaeque per suas prouincias queunt. etc.* Illi autem Archiepiscopi vel Metropolitaniani, qui haec sine consultu Primitis non possunt exequi, Archiepiscopi vel Metropolitani habentur. (2) Hi habebant praerogativam Pallii, quod olim non accipiebat Metropolitanus, qui Primi alicui esset obnoxius. (3)

(1) Opusc. 33. c. 17. Ad quem locum commentatus est THOMASSI NVS Part. I. lib. I. cap. 21. §. 4. et cap. 33. §. 8. et seqq.

(2) Addatur PETRVS DE MARCA de Primatibus §. CXVII.

(3) V. PETRVS DE MARCA l.c. §. LIII.

§. VI.

§. VI.

Archiepiscopi vocabulum vi vocis primarium aliquem inter Episcopos indicat. Et diu non fuit tributum nisi Romano, aliisque Patriarchis: Deinde et Episcopis in Oriente, qui alias Metropolitanos sub se haberent: qualem infra videbimus a Iustiniano constitutum Archiepiscopum Iustinianae primae. Tandem ad seculum VIII. usque, et aliis insignibus Metropolitanis. Sed eo seculo promiscue tribui coepit omnibus Metropolitanis, (*) et ipsi quoque palam illud adsciuerunt, et confessus praerogatiuam p[ro]re reliquis Episcopis conseruare diligentius studuerunt.

(*) DV PIN de antiqua ecclesiae disciplina Diff. I. §. 3. Idem de tempore quo Archiepiscopi titulus omnibus Metropolitanis tribui coepit, fusius docet PETRUS DE MARCA de Primatibus supra §. LXXX.

§. VII.

Metropolitani dicuntur a metropoli. Scilicet Episcopo, qui in metropoli erat, primae partes dabantur, ex primaeuo ecclesiae more, quem supra explicauimus. INNOCENTIUS I. in responso, Alexandro Episcopo Antiocheno dato: Secundum pristinum prouinciarum morem, Metropolitanos Episcopos conuenit numerari. Atque ita quum Episcopus Viennae, et Arelatis, solidam quisque prouinciae Viennensis ordinationem coram synodo Taurinensi sibi vindicaret, synodus censuit, totius prouinciae primatus honorem ei deferendum, qui suam ciuitatem probaret esse metropolim. (1) Sed haec de antiquis metropolibus, quae in diuisione prouinciarum Romani Imperii erant, cum primum ecclesiastica aliqua politia instrueretur, intelligenda sunt. Neque enim postea ad ciuilia instituta accommodare ecclesiasticam politiam visum fuit

fuit (2) Qua de re unam alteramque hic obseruationem apponimus. Scilicet cum Imperatores nouam metropolim ciuilem constituerunt, non semper ecclesiasticam quoque consecuta est autoritatem. (3) Vicissim cum duas prouincias in vnam contraxere, antiquae metropoles nihilominus statum suum conseruarunt. (4) Sic et cum postea Reges in vrbe aliqua sedem elegerunt, non statim illa in ciuili ratione facta metropolis. Multoque minus ad ecclesiasticam rationem id valuit. (5) Quanquam plures occasionem inde nactae sint Archiepiscopale fastigium obtinendi, ut Parisiorum vrbis, et nuper Vindebonae exemplo patuit. Caeterum quanquam ratio ciuilis prouinciarum, qualis sub Romanis fuit, dudum cessa^t, in eo tamen cum nouae ecclesiae fundatae sunt, retinuerunt imaginem veteris disciplinae, ut per prouincias ordinarent ecclesiae statum, atque ita metropoles ecclesiasticae passim exortae sunt, ubi ciuiles nunquam fuerant.

(1) Vid. supra §. I. not. 3. Caeterum posterioribus saeculis, vbi in eiusmodi quaestionebus ad veterem Notitiam Imperii prouocatum est, eam intelligi obseruat PETRVS DE MARCA I. c. §. LXI. quae est in collectione ISIDORI.

(2) Ita Innocentius ad Alexandrum, Antiochenum Episcopum: *Nam quod sciscitaris, utrum diuisis Imperiali iudicio prouinciis ut duae metropoles siant, sic duo metropolitani Episcopi debeant nominari; non visum est ad mobilitatem necessitatun mundanarum Dei ecclesiam commutari, honoresque aut diuisiones perpeti, quas pro suis causis facienda duxerit Imperator.* can. 1. Dist. X.

(3) Ita Valens Imperator Cappadociam diuisit, nouamque metropolim Tyanac instituit, cuius Episcopus Anthimus mox ecclesiasticam autoritatem instruxit. Theodosius Junior Phoeniciam, in qua metropolis Tyrus, in duas prouincias partitus, Berythum metropolia secundae appellauerat, quod infra §. IX. notabimus. Tum Eustatius, eius vrbis episcopus, Metropolitanus factus. Sed in Concilio Chalcedonensi, volente Imperatore Martiano, Tyri antiquum ius restitutum: faneiusque canon, quem in decretum transtulit G R A TIANVS Dist. CI. *Peruenit ad nos, quod quidam praeter eccl-*

10 DE PRIMATIBUS, METROPOLITANIS ETC.

siaſticas ordinationes affectantes potentiam, per pragmaticum ſacrum unam prouinciam in duas diuidant; ita ut ex hoc intencionantur duo Metropolitanus Episcopi in una eademque prouincia eſſe. Statuit ergo Sancta Synodus deinceps nihil tale attentari a quolibet Episcopo; eos vero qui aliquid tale attentauerint, cadere de proprio gradu.

(4) Iustinianus cum duas Ponti prouincias contraheret, utriusque tamen Metropoli, Amasiae ſcilicet ac Neo-Caesareae, nomen metropoleos feruat, ac utriusque episcopis autoritatem priftinam in illarum urbi-um, quae cuique ſubordinatae fuiffent, Praefules. V. Nou. XXVIII. cap. 2. Similiter cum Paphlagoniam, et Honorioden vniuerit, metropolitanorum tamen ordinem non turbauit, adiiciens: *vna de cae- vero fiet prouincia, plures habens metropoles.* Nou. XXIX. cap. 1. fin. Idem Armeniae, quae duplex ad illud tempus fuerat, in IV. prouincias partitur Nou. XXXI. Sed neque hic quicquam in ſacris mutauit. *Quae vero ad sacerdotia, inquit, ſpectant, ea (ut ſaepē dixi- mus) volumus in priftina manere forma, negotio ipſo neque circa ius metropolitanum, neque circa ordinationes, vel mutationem, vel nominationem, ſuſcipiente: sed prius ordinatis, nunc quoqae ex ordi- natione autoritatem obtinentibus, et prioribus item metropolitanis in ſuo permanentibus ordine: ut quantum ad ipſa nihil penitus innouetur.*

(5) Regiam Imperatorum non mutare Ecclesiasticas rationes vrget GELASIVS Papa, ubi aduersus Byzantium diſputat in Epifolia ad Epifcos Dardaniae, ap HARDVINVM T. II. Concilio- rum, vbi p. 912. haec habet: *Rifimus autem quod praerogatiua volunt Acacio comparari, quia Epifcus fuerit regiae ciuitatis. Num- quid apud Rauennam, apud Mediolanum, apud Sirmium, apud Treuiro, multis temporibus non conſtitit Imperator? Num quidnam harum urbiuum ſacerdotes ultra mensaram ſibimet antiquitus deputa- tam quidquam ſuir dignitatibus uſurparunt? - - - Si certe de dignitate agitur ciuitatum, ſecundae ſedis et tertiae maior eſt digni- tas ſacerdotum, quam eius ciuitatis, quae non ſolum inter ſedes mi- nime numeratur; ſed nec inter Metropolitanorum iura censetur. Nam quod dicitis: REGIAE ciuitatis: Alia potestas eſt regni ſecularis, alia ecclesiasticarum diſtributio dignitatū. Sicut enim quamvis par- ua ciuitas praerogatiua praefentis regni non minuit; ſic imperialis praefentia mensuram diſpensationis religioſae non mutat. Sit clara urbs illa potestate praefentis Imperii: Religio tunc ſub eadem firma, tunc libera, tunc proiecta conſiſit, ſi potius hoc praefento propriam rencat ſine villa perturbatione mensuram.* §. VIII.

§. VIII.

Quare autem Episcopo metropoleos, primae in sacris conuentibus partes datae sint, docet canon IX. Concilii Antiocheni: *Episcopum, qui metropoli praest, etiam curam suscipere oportet totius prouinciae, eo quod in metropolin vndiquaque concurrant omnes, qui habent negotia. Vnde visum est, eum quoque honore praecedere, reliquos autem Episcopos nibil magni momenti aggredi sine ipso.* Praecipuae partes consistebant in iure ordinandi Episcopos prouinciae,^{*)} conuocandi concilium prouinciale, eique praesidendi, et in generali aliqua cura, vt omnia per prouinciam secundum Canones, rectumq; ordinem fiant, vnde inter alia munia, et iudicialis illorum potestas, in concilio rāmen exercenda, et facultas recipiendi appellations manauit. (1) Sed multa ex his, et in genere de potestae ac officio metropolitani, nunc aliter disposita sunt in Concilio Tridentino. (*) Inter insignia dignitatis Pallium est, quo statim diebus, dum sacris defunguntur muneribus, vtuntur. Id olim rarius concessum, iam inde a Seculo IX. omnibus metropolitanis datum est. (2) Imo vt petant, quod ita expediret rationibus Curiae Romanae, iniunctum. Itemque praelatio crucis, qui honoris initio Patriarcharum, et Primum proprius habitus, tum Metropolitanu*m* vni, alterique, per modum singularis priuilegii, denique omnibus concessus: (3) et a Clemente V. in Concilio Viennensi adiectum, (4) vt etiam per loca exemta Prouinciae p̄fereatur.

(*) Inde nata occasio iuriando, quod Episcopus Metropolitanu*m* p̄fere solebat. Id iuriandum seruatur Metropolitanis Germaniae in concordatis cum Papa Nicolao V. in verbis: *prouiso, quod confirmati, praedicti, et per nos prouisi Metropolitanis suis, et aliis praestent debita iuramenta, et alia ad quae de iure tenentur.*

(1) De iure ac potestate Metropolitanu*m* passim agitur in Decreto. E. g. can. 13. Dist. 12. I. vt suae prouinciae Pontifices et Sacerdotes adstringat sub regula disciplinae. Itemque ut facultate conuocandi Concilium prouinciae solus gaudeat, c. 16. D.XVIII. I. Sed add. ELIAS

DUPIN I. c. §. XII. qui est de iuribus et priuilegiis Metropolitanorum, & JOSEPHI MOTTA Dissertatio de metropolitico iure.

(1) De quo late THOMASSINV P. I. Lib. I. cap. 48. §. 11. 12. sq. IOSEPHVS MOTTA I.c. p. 12. 124. etc. van ESPEN in iure Ecclesiastico Vniuerso P. I. Tit. XIX. In specie circa Jurisdictionem conferri meretur GERVASIVS in Tr. de causis maioribus art XII.

(2) Conf. CANTELIVS I. c. Diff. III. quae est de pallio, et cruce quae archiepiscopis praeferrri solet. cap. 3. Equidem obstat videtur can. 1. Diff. C. ut quisque Metropolitanus intratres menses fidem suam exponere, et pallium postulare a Romana Ecclesia studeat. Quod decretum PELAGIO Papae tribuit GRATIANVS. Sed rectius ex PITHAEORVM obseruatione ad Iohannem VIII. refertur.

(3) CANTELIVS I.c. cap. 7.

(4) Cap. Archiepiscopo in Clementin. Hanc tamen decretalem restrin-
gendam ad Terminos Concilii Tridentini Sess. VI. c. de Reform. adver-
tit ZYPAEVS ad Tit. de Officio Ordinarii n. 18. et ESPENIVS
in iure Ecclesiastico Vniuerso P. I. Tit. XVI. cap. 2.

§. IX.

Caeterum Metropolitani, saltem in Occidentali Ecclesia,
(1) aequa ut alii Episcopi, non aliud seruabant antiquitus in
confessu ordinem, quam ordinationis suae. Vnde in subscrip-
tionibus saepe metropolium episcopi, post aliarum urbium
episcopos, reperiuntur. Qua de re iuuat audire HINCMA-
RVM: (1) *Inter quos, inquit, (de Metropolitanis Gallicanis,*
*Belgicis, et Germanicis loquens,) sicut et inter reliquos Episco-
pos, haec conditio regularis seruatur, ut qui prius fuerit ordinatus,*
prior habeatur. In civilibus enim aequale erat ius omnium
prouinciarum inter se, neque prouinciae primae in secundam
ius aliquod, et imperium erat, prouti ex responso MACRI
Iureconsulti (2) colligunt, et ex lege THEODOSII Iunioris,
qua praeter Tyrum, antiquam in prouincia Phoeniciae me-
tropolim, Berytum eodem honore condecorauit. (3) Idem-
que & in ecclesiastica ratione antiquitus obtinere, post PHI-
LIP-

LIPPVM BERTERIVM, (4) prolixo ostendit PETRVS
DE MARCA. (5)

(*) Nam in Oriente Ecclesiarum certum ordinem instituit Leo Imperator: eius constitutionem vid. in LEVENCLAVII T. II. Iuris Orientalis p.89. 90. et 243. 244.

(1) HINCMARVS epist. XLIV.cap. 16. (Op. T. II.)

(2) L. 3. D. de officio assessorum: *Si eadē prouincia, postea diuisa, sub duobus Praesidib⁹ constituta est, velut Germania, Myſia; ex altera ortur, in altera assedebit: Nec videtur in sua prouincia assedisse.*

(3) L. un. C. de metropoli Beryto: *Propter multas iustasque cauſas metropolitan⁹ nomine ac dignitate ciuitatem Berytum decernimus exornandam, iam suis virtutibus coronatam. Igitur haec quoque metropolitanam habebat dignitatem: Tyro nihil de iure suo derogetur. Sit illa mater prouinciae maiorum nostrorum beneficio, haec nostro: et veraque dignitate simili perfruatur.*

(4) Pithan Diatrib. II. cap. 5.

(5) In Dissertatione de Primatisbus §.LXXXV, et sq. Evidem GREGORIVS VII. et VRBANVS II. in condendo primatu Lugdunensi, primae prouinciae ius pro ratione allegant. Sed unde haec opinio, communis illo seculo, exorta fuerit, explicat laudatus autor IBLDEM §. XCIV.

§. X.

In specie hoc in Gallis obtinere idem HINCMARVS contendit, atque Treuirensem, primae Belgicae Metropolitanum, e' Rhemensem secundae Belgicae, sola ordinationis serie, inter se differe scribit, duobus locis apud FLODOARDVM. Alter est in epistola ad Nicolaum: (1) *Inter Rhemensem et Treuerensem ecclesiam, has enim duas prouincias tantum Belgica regio habet) haec semper distinctio fuit, sicut in ecclesiasticis monumentis inuenimus, et vetustissimam consuetudinem semper obtinuisse comperimus, ut is Episcopus non loci, sed dignitate ordinis, prior secundum sacras regulas haberetur, qui foret in qualibet istarum ecclesiarum metropoli antea ordinatus.* Alter est in epistola ad Ludouicum Regem: (2) *Ecclesiae Rhemensis et Treuerensis comprouinciales, atque foro, et ex auctoritate, et ex anti-*

antiqua consuetudine habentur; ea conditione, ut qui prior eorum fuerit Episcopus ordinatus, prior etiam habeatur in synodo, et se mutuo consilio et auxilio soueant, atque fulciant. Seruati huius ordinis in ecclesia Germanica paucim documenta existant. Inter Moguntinum tamen, Treuirensem, et Colonensem olim de priori loco saepe certatum. Vnde in Aurea Bulla varii a Carolo IV. excogitati modi, quibus eis satisfaceret. Inter alia et hoc in benedictionibus et aliis sacris functionibus, quibus in curia defunguntur, ordine consecrationis semet excipiunt. (3)

(1) Histor. Remens. Lib. III. cap. 13.

(2) IBIDEM Lib. III. cap. 20.

(3) AVREA BULLA Tit. XXIII. §. 1. et 2. *Quoties insuper in Imperatoris vel Regis Romani praesentia Missarum solemnia celebrari, ac Maguntinensem, Treuerensem, Colonensem, Archiepiscopos, vel duos ex eis adesse contigerit, in confessione, quae ante Missam dici consuevit, ac in porrectione Euangelii osculandi, Et Pace post Agnus Dei portanda, nec non in benedictionibus post finita missarum solemnia, ac etiam ante mensam faciendis, et in gratiis post cibum acceptum agendis, si inter eos ordo seruetur, prout de ipsorum consilio duximus ordinandum, quod prima die haec omnia et singula a primo, secunda die a secundo, tertia vero a tertio peragantur. Primum autem, vel secundum, seu tertium, hoc casu secundum quod prius vel posterius quilibet eorum consecratus existit, debere intelligi declaramus.*

§. XI.

Aliam insuper viam, aliosque titulos pro dignitate et proedria quaesuerunt Episcopi. Hinc alii impetrarunt, ut a Pontificibus VICARIIS munus titulumque obtinerent, (1) qui alias cum titulo Primatis saepe coniunctus fuit. (2) Caeterum Vicarii nomen graue visum Franciae Ecclesiae metropolitanis. Itaque cum Sergius A. D C C C X L I V. Drogoni, Metensium Episcopo, Vices suas deferret, Episcopi Gallicani hanc in eo dignitatem agnoscere noluerunt.

An-

Ansegiso, Senonensis Antistiti, Ioannes VIII. Vicariatum in Galliae et Germaniae Prouinciis tribuerat. Sed Episcopi in Concilio Pontigonensi non aliter agnouere, quam servato singulis metropolitanis iure priuilegii, secundum sacros canones, et iuxta decreta Sedis Romanae Pontificum, ex iisdem sacris Canonibus promulgata. (2) De Vicariatu Treuirensis Metropolitanus infra quaedam notabimus. Cum porro Seculo XII. obtinuisset, ut Pontifices Romani legatos, magna cum autoritate, per prouincias mitterent, (3) metropolitanis nonnullis perpetuae Legationis honorem tribuerunt, qui inde LEGATI NATI appellantur, utpote per ipsam dignitatis suae adeptiōem, sine noua Pontificis concessione, eum titulum nacti. (4)

(1) De Vicariis Romani Pontificis CANTELIVS I.c. cap. 2. vbi ostendit non eadem omnibus Vicariis a Romano Pontifice concessa fuisse.

(*) Sunt qui Vicarios, et Primates vnum idemque esse scribant, sed hos confutauit BERTERIVS I.c. p. 186.

(2) CANTELIVS I.c.add. ELIAS DV PIN I.c. p. 32.

(3) Conf. PETRVS IOSEPHVS CANTELIVS I. c. cap. IV.

(4) Potestatem Legati nati, cum potestate Legati a latere comparat, ac differentiam ostendit PETRVS ANDREAS GAMBARVS in Tr. de Officio et Potestate Legati de Latere Lib. I. p. 13, IDEM Lib. IX, n. 8. docet per aduentum Legati a Lateri non extingui auctoritatem Legati nati. Caeterum de potestate Legati nati notabile est enunciatum Alexandri III. in decretali ad Episcopos Angliae c. 1. X. de Officio Legati. Sane licet idem Archiepiscopus (sc. Cantuariensis) Metropolitico iure audire non debat causas de Episcopatibus vestris, nisi per appellationem deferantur ad eum; Legationis tamen obtentu universas, quae per appellationem, vel querimoniam perueniunt ad suam audiencem, audire potest et debet, sicut quā in prouincia sua vices nostras gerere comprobatur.

§. XII.

Vbi iam haec applicanda sunt ad ecclesiam Germanicam,

nicam, Origines eius paulo diligentius constituti debent. Et primum quidem, vti per eas hodiernae Germaniae partes, quae olim inter Romani imperii prouincias censebantur, religio christiana inualuerit. Inde enim ad reliquos Germanos et Religio, et sensim quoque Politia Ecclesiastica diffusa fuit. Constat autem, vt de partibus trans Rhenum primum agamus, Galliam omnem in tres partes diuisam fuisse, Celticam, Aquitanicam, et Belgicam, et ad Belgicam relatum fuisse totum terrarum tractum, qui a Seuanis ad mare Germanicum, per sinistram Rheni ripam protenditur, ac a populis Teutonicis, qui in eo considerant, Germaniae nomen traxit, atque in Germaniam superiorem, et inferiorem, siue primam et secundam, diuisus est. (1) Per hanc Germaniam tempestive admodum sparsa Euangelii lux: et passim ecclesiae illarum regionum ad viros apostolicos initia sua referunt. Deque illa videtur accipi debere IRENAEI testimonium, (2) Ecclesias in Germania laudantis. Eadem illae, cum reliquis per Gallias fidelium coetibus, fata habuere, donec Christiana Religio sub Constantio Chloro, occultis primum incrementis inualescere, mox sub Constantino M. qui ipse, (et quidem in Belgica) Christo nomen dedit, caput extollere inciperet. (3) Sed et per Noricum, et Rhaetiam ante Constantinum fuerunt Ecclesiae, eaeque Martyrum sanguine saepius irrigatae. Qui vero primi intulerint Euangelium, et Episcopine fuerint an Presbyteri, itemque vnde venerint, obscurum est, cum sacra horum temporum historia, propter scriptorum defectum, velut aeterno silentio sepulta iaceat. (4) Neque haec disquisitio argumentum, in quo versamur, magnopere concernit.

(1) Conf. PRAESES in den Geschichten der Deutschen Lib. III. §. 5.

(2) IRENAEVUS adu. Haereses Lib. I. cap. 3. *Neque hac quae in Germania fundatae sunt ecclesiae aliter credunt.*

(3)v.

(3) v. Geschichte der Deutschen Lib. VI. §. 20.

(4) conf. COINTIVS in Annal. Eccles. Franc. passim. IO. HENR. VRSINVS de ecclesiis Germanicarum origine et Progressu.

§. XIII.

Inter primos Episcopos, quorum consilio et opera Constantinus, forte etiam institutione, usus est, eminent Agroecius, Treuirensis e Belgica prima, et Maternus Coloniae Vbiorum, in Germania secunda, Episcopus. (1) Seruatium Tungrorum, itidem in Germania secunda, Episcopum, circa eadem tempora sedisse, annales memorant. Et plures quoque Ecclesias aut iam tum floruisse per utramque Germaniam, aut paulo post institutas, verisimile est. Certe HILARIUS, Episcopus Pictauiensis, in libello de Synodis, quem Anno CCCLIX. edidit, quemque HIERONYMVS non multo post Treuiris a se descriptum prae-dicat, (2) ita titulum inscripsit : *Dominis et Beatissimis Fratribus et Coepiscopis Germaniae primae et Germaniae secundae, et Lugdunensis primae etc.* (3) Quod lucem accipit ex illis, quae infra de Episcopis Germaniae primae et secundae, qui Sardicensi Concilio interfuerunt, annotabimus.

(1) v. Testimonia veterum scriptorum in den Geschichten der Deutschen Lib. VI. §. 30.

(2) HIERONYMVS in epist. ad Florentium (Operum Tomo IV. P. II. p. 6 edit Parisiensis) Peregrinationis huius suae meminit quoque HIERONYMVS in epist. ad Rusinum: Operum Tomo IV. P. II. p. 3.) *Se post Romana studia ad Rheni Semibarbaras ripas profectum.*

(3) HILARIUS in Libr. de Synodis, inter Opera Parisi. 1693. edita p. 1150.

§. XIV.

Quin et cis Rhenum, et Danubium, ad Magnae Germaniae incolas secundo seculo videtur penetratae Christiana Religio. Namque TERTULLIANVS (1) inter gentes Christo subditas recenset : *Hispaniarum omnes terminos*

18 DE PRIMATIBVS, METROPOLITANIS ETC.

nos, et Galliarum diuersas nationes, et Britannorum inacessa Romanis loca, tum et Sarmatas, et Dacos, et Germanos, et Scythes, in quibus omnibus Christi nomen regnet. Haec de Germania interiori, quae ad Dacos, et Sarmatas pertingebat, intelligenda videntur. Quanquam specialiter conuercionum harum, aut Marcomannorum et Gothorum Christianismo (2) antiquior memoria non occurrat.

(1) Aduersus Judaeos cap. 7.

(2) De Conuersione Marcomannorum et Gothorum v. Geschichte der Deutschen Lib. VI. §. 39. et seq.

§. XV

Caeterum sub Constantino M. demum Hierarchiam in Galliis (quo nomine et Germaniae tum comprehensa) introductam*) existimant Viri docti: neque ante illa tempora, quanquam Metropoles ciuiles in Galliis effent, illarum Episcopos praecipuo aliquo iure potitos esse. Sub Constantino autem et ipsa Ecclesia inualuit: et Dioeceses ordinatae, et Nicaeni Concilii Canones, haut dubie in Galliis, non secus ac in reliquis Provinciis, recepti: ut paulo post et Sardicensis. Ita Coloniam, et Augustam Trenorum Metropoles etiam in ecclesiasticis nominari, Veterum scriptorum testimoiiis infra probabimus. Quare et probabile est, Episcopus carum urbium iuribus, qua cum in Synodo Nicaena, tum in Sardicensi, Metropolitanis concessa fuerunt, gauios fuisse.

(*) P. ANT. PAGIVS in Critica Annalium Baronii ad A. CDI. Idem in specie de Ecclesiis ad Rheum videtur P. BVCHERIO in Belgio Romano Lib. VIII. c. 9. Et ex nostris IO. HENRICO VRSINO in Libro de ecclesiasturn Germanicarum origine et progressu p. 31. conf. Geschichte der Deutschen Lib. VI. §. 32.

§. XVI.



§. XVI.

Denique ex Ciilibus institutis Constantini M. que in ecclesiastica quoque politia imitationem produxere, notare hic conuenit, nouam Imperii diuisionem per IV. Dioeceses, quibus singulis praefectum praetorii imposuit. Itaque sub praetorio Galliarum cum reliquis prouinciis vtraque fuit Germania. Ad Dioecesin Italicam relata vtraque Rhaetia. Sub Dioecesi Illyrici Noricum, et Pannonia. Multum haec ad veterem ecclesiae Germanicae politiam penitus inspiciendam lucis conferent. Qui enim meminerit Augustam Treuirorum, caput Belgicae primae, sedem fuisse praetorii Galliarum, ipsorumque aliquamdiu Imperatorum Occidentis, facilius assuetur, quae de primatu annotabimus, quo ecclesia Treuirensis per Gallias aliquamdiu gauisa est. Inde porro constabit ratio, cur ecclesia Augustana, Sabionensis, aliaque per Rhaetiam sparsae, sub Metropoli Mediolanensi antiquitus fuisse existimentur. Nec quae de Laureacensi Metropoli, et primaeva ecclesiarum per Noricum atque Pannonias distributione disputantur, absque notitia Dioecesos Illyricanae satis intelligi possunt,

(*) v. hanc distributionem Prouinciarum in den Geschichten der Deutschen Lib. VI. §. 29. not. 3.

§. XVII.

Iam ipsas Germanicae ecclesiae Metropoles, et suffraganeos earum Episcopos, ordine, quem argumentifaries scribenti obtulerit, recensemus. Initium merito fecimus a Moguntina sede. Fuit Moguntiacum Germaniae primae Metropolis, (**) adeoque et ecclesiae eius vrbis dignitas ecclesiasticae Metropoleos, ex regula Synodi Nicænae, et dqcresum Summorum pontificum, qui per Galias ex more pristino prouinciarum Metropolitanos numerandos docent, antiquitus constitit. Quod agnouere duo versa-

C 2

tissimi

tissimi in antiquae disciplinae Ecclesiasticae cognitione Viri,
 PHILIPPVS BERTERIVS, (1) eique consentiens
 PETR. DE MARCA. (2) Capta deinde a Vandalis
 Moguncia, et labentibus Imperii rebus aliquoties adeo af-
 flicta, ut vix nomen vrbis remaneret. (3) Sed Theodeber-
 ti, Francorum Regis auspiciis restitui coepit, annitente Sido-
 nio eius Episcopo, quem et ipsum metropoliticam curam
 in reliquis Germaniae primae ecclesias exercuisse, ex VE-
 NANTII FORTVNATI (4) carmine, in laudem hu-
 ius Sidonia composito, coniicit MARCA. (5)

*) Inde & seculo V. labentibus Imperii rebus, dux, qui illum limi-
 tem aduersus Germanos tueretur, Moguntiae impositus. De Duce
 Moguntiacensi conf. Geschichte der Deutschen Lib VIII. §. 43.

(1) I. c. Diatribe II. cap. V. p. 213. Et Moguntinum quidem Episcopum,
 florente Imperio, Germaniae primiae (quamvis aliter sentiant omnes
 Rerum Germanicarum Scriptores) Metropolitanum fuisse non dubito:
 nam quis banc unam, non secundum in Galliarum dioecesi, sed in toto
 fere orbe Romano Metroposin, ius suum nou retinuisse crediderit; At
 enim ubi Maiestatis Romanae nomen post in Germania extinctum est,
 formas ciuiles et ecclesiasticas perturbari illuc facile potuisse non inficer

(2) In Diff. de Primatibus §. LXXVI.

(3) De excidio vrbis Moguntiaci V. Geschichte der Deutschen Lib. VIII.
 §. XVI. & Lib. IX. §. XXI.

(4) Lib. IX. epigr. 9. vbi inter alia de Sidonia:

Iura Sacerdotum sacrō moderamine seruant.

(5) I. c. §. LXXVII.

§. XIII.

Sed hisce iam non immoramus: quum constet, ita pertur-
 batas fuisse bellis ciuilibus in Francorum regno post tempora
 Childerici Regis, ecclesiasticae disciplinae rationes, ut ab
 A.DCLXX vsque ad A.DCCXLIII. Archiepiscopi in
 Francia Ecclesia non essent. Eoque demum anno, anni-
 tente Bonifacio, tres iterum Archiepiscopos, Rothomagi,
 Rhemis, ut Senonibus, in concilio Suessionensi, constitutos,
 qui-

quibus Zacharias Papa pallium A.DCCXLIV. miserit. Tum A. DCCLI. in fauorem eiusdem Bonifacii, Moguntia iterum metropoleos honore ornata, eique commissa fuit. Rem ita narrat OTLONVS in vita Bonifacii: *Decreuerunt iidem Principes (sc. Carolomannus et Pipinus) ecclesiam Moguntiacensem, quae prius alteri subiecta erat, metropolim omnium in Germania positarum ecclesiarum efficere; moxque legatione facta, illud a Praefule Apostolico impetravere.* Patet praeterea ex Bulla Zachariae Papae, instauratae ita metropoli quinque ciuitates, et illas praeterea Germaniae gentes, quas Bonifacius ad fidem erudierit, attributas fuisse: *Idcirco, inquit, beati Petri Apostoli auctoritate sancimus, ut supra dicta ecclesia Moguntina perpetuis temporibus, tibi, et successoribus tuis, in perpetuum sit confirmata, habens sub se has quinque ciuitates, i.e. Tungris, Coloniam, Wormatiam, Spiraciam, et Trectis, et omnes Germaniae gentes, quas tua fraternitas per suam prædicationem Christi lumen agnoscere fecit.* Quod vero in Rescripto Zachariae, Coloniam quoque et Tungros huic metropoli subiici legimus, ea in parte, ut suo loco videbimus, effectu caruit.

§. XIX.

Amplissima postea incrementa cepit haec metropolis, quae infra speciatim recensebimus. Semperque magna Moguntinensium Antistitutum in ecclesia Francica autoritas. Sed praecipue inualuit, quum, regno inter filios Ludouici Pii diuiso, Ludouicus Germaniae magnae populos in sortem acciperet, et ex Germania Prima Moguntiam Augustam Nemetum, et Vangionum vna cum pagis ipsarum; conderetque adeo Germaniae regnum, a quo ipse Germanicus vulgo cognominabatur. Tum enim Archiepiscopus Moguntinus omnium in regno Ludouici Episcoporum primus fuit. Quemadmodum et vrbs Moguntia a continuatore

C 3

RHE-

RHEGINONIS *regia ciuitas, et Franciae metropolis, atque iu anualidus PITHOEANIS Germaniniae metropolis vocatur. Eoque sensu WITICKINDVS, monachus Corbeensis, Antistitem Moguntinum summum Pontificem passim appellat.*

§. XX.

Passim et Primum Moguntinae Ecclesiae, praedicari vides. Pauce tantum hic proferemus testimonia, (1) ex pluribus selecta. CONRADVS Abbas Urspergensis de Adelberto I. Archiepiscopo Moguntino scribit: *His auditis Praeful Adelbertus, totam Saxoniam, ubi tunc manebat, commonet; et quia legationem apostolicam ab ipso Papa dudum accepit, bac autoritate Pontifices et principes istius provinciae, pro utilitate matris ecclesiae frequenter conuocat: ubi vir eloquens et PRIMATVM in cisalpinis partibus multiformiter tenens, ad defensionem totius Germaniae metropolis animos omnium catholicam obedientiam profitentium accendit.* (2) LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS. (3) *His accusus Archiepiscopus Moguntinus, cui potissimum propter PRIMATVM Moguntinae sedis, eligendi et consecrandi Regis autoritas deferebatur. In concilio Moguntino A. MLXXI. celebrato* (4) *Archiepiscopus Moguntiam vocat metropolin orientalis Franciae, principalem vero Pontificii sedem totius Germaniae et Galliae Cisalpinae. Ipse vero Arhiepiscopus Primas vocatur, in eadem Synodo: Imperante super omnia aeternali Regum Rege, Domino nostro Iesu Christo, et sub eo regnante temporaliter Serenissimo Henrico Rege, huius nominis quarto, venerabili quoque Sigefrido, Moguntinae ecclesiae primate, et apostolicae sedis Legato etc. Immo tempore Calixti II. Papae, Adelbertus Archiepiscopus Legati titulo insignis, in ipsam Treuinorum ecclesiam autoritatem sibi assertebat.* (5) *Primatus huius origines ac Bonifacium referendae sunt,*
qui

qui ultra primaeum decus metropoliticum, ampliorem adhuc illo saeculo in Francorum ecclesia autoritatem, voluntate Principum, et Pontificis, (6) habuit. Cuius apicem ipsa patrata ab illo Pipini vncio declarat. Quaecunque etiam ab illo tempore in ecclesia et regno Francorum, ac toto iure ecclesiastico consecuta sit mutatio, (7) Moguntinus tamen Primatis titulum, et dignationem non uno sensu retinet. Nam et primae haud dubie sedis in Germaniae regno Episcopus est, (8) illibatae que a Bonifacii tempore libertatis, neque ullius alterius Primatis fastigio minor. (9) Neque video, quid summum Virum PETRVM DE MARCA induxerit, (10) ut primum honoris gradum ab Innocentio II. A. MCXXXV. a Moguntina sede in Magdeburgensem translatum scriberet. Nihil enim detratum, Moguntinae dignitati per Magdeburgicae ecclesiae decora, ubi de eo primatu agemus, apparebit.

(1) Nonnulla iam collegit **BERNARDVS MALLINCKROT**,
l. c. p. 572.

(2) **CONRADVS** Abbas Urspergensis ad Annum MCXXI. p. 202.

(3) **LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS** ad A. MLXXXIII.

(4) Vid. **CONCILIOR.** Tom. VI. P. I. p. 169. Ed. HARDVIN.

(5) v. **Gesta Treniorum**, in **Spicilegio Patrum** T. II. (edit. nouissimae) p. 233.

(6) Nam ita Carolmannus in **CONCILIO LIPTINENSI A. DCCXLIII.** celebrato: *Per concilium sacerdotum religiosorum, et optimatum meorum, ordinauimus per ciuitates Episcopus, et constitui-
mus super eos Archiepiscopum Bonifactum.* Et Papa Zacharias in epistola ad Episcopos Francorum, quam vide in conciliis Galliae T. I. p. 549. *Habent itaque nostra vice ad confirmandam dilectionem vestrum, et collaborandum vobis in evangelio Christi, Bonifacium Archiepiscopum apostolicae sedis Legatum, et nostram praesentantem vicem.*

(7) Hae ipse vicissitudines Ecclesiasticae politiae dubios reddidere Viros doctos in definendo Primatu Moguntino. **PHILIPPVS BERTERIVS** tribuit illi Primatum in Germaniam Primam, et secundam, Diatrib. II. cap. V, p. 212. Sed hanc non aliter admitti

possunt, quam ad modum illorum quae infra ad Colonensem metropolin notabimus. P. L V D O V I C U S T H O M A S S I N V S sibi hic ipsi non constat. Nam modo personalem hanc dignitatem Bonifacii fuisse scribit, P. I. Lib. I. cap. 37. p. 265: *Il faut donc confesser de bonne foi, que la primatie autrefois accordée à S. Boniface, Archevêque de Mayence, fut limitée à sa personne; et que les Prelats d' Allemagne ont été moins passionnés pour faire continuer à leurs églises ces titres, et ces pouvoirs extraordinaires, que ceux de France et d' Espagne; ou une bonne partie des métropolitains ont cru relever leurs églises par la qualité spéciale de Primats.* Modo quo ad Germanicam Ecclesiam etiam ad successores transiisse fatetur. Vti I. c. cap 31. p. 223. *Cela nous oblige de reconnoître, que si S. Boniface avoit reçû le Vicariat apostolique et la Surintendance, spirituelle de la France et de l' Allemagne, c'étoit avec cette différence, que quant à l' Allemagne cette dignité devoit être perpétuelle, et attachée à son siège au lieu que quant à la France, elle étoit purement personnelle.* Sed haec diuersitas undequam ex ingenio scribentis? Caeterum haec talia allegasse sufficiat. Expendi prolixus non opus est. Sunt vero haud dubie in scriniis Moguntinae Ecclesiae, ex quibus certius haec conficias, quam ex priuatis scriptorum testimonijis.

(8) Quibus Primatis appellatio competit per ea quae supra ad §. V. dicta.

(9) Quam primatus speciem ex Hinckaro supra represeftauit. Huc etiam collimat Autor deductionis, quae, cum de l'ire Coronandi Imperatorem inter Moguntiae, et Coloniae Electores controuerteretur, pro ince sedis Moguntiae prodit.

(10) In Disert. de Primatibus §. LXXVII.

§. XXI.

Inter suffraganeos Moguntinensis ecclesiae manent ex vetere instituto tres Germaniae Primae Episcopi, Vormatiensis, Spirensis, et Argentoratensis. Hae namque in Germania Prima ciuitates celebrantur, (1) ea Moguntiaci praerogatiua, vt Dux prouinciae in illa vrbe sedem haberet. Episcopi illarum concilio Sardicensi interfuerunt; (2) vti ex subscriptionibus patet, in quibus praeter Martinum Moguntensem occurrit Victor, siue Victurus, Vangionum Episcopus, Iesce Augustae Nemetum, et Amandus

dus Episcopus Argentinae, (3) Vangionum ecclesiam metropolitico iure per vtramque Germaniam tempore Crodoldi Episcopi potitam fuisse ferunt, qua dignitate et successores eius gauisi fuerint, donec Moguntina ecclesia autoritatem suam recuperaret. (4) Sed haec vti incerta, neque satis verisimilia, nec asserere, nec refellere animus est. In circulo Rhenano superiori, ea huius Episcopi dignatio, vt directorio in conuentibus fungatur; concurrente Palatino, ratione Principatus Simmerani. (5) In Spirensi ecclesia sunt, qui post lessae obitum collapsum existimant episcopatum, et a Dagoberto demum instauratum. (6) Sed contrarium verisimiliter adstruxit P. CAROLVS le COINTE in annalibus ecclesiae Francorum. (7)

(1) AMMIANVS MARCELLINVS L. XV. cap. 14. *In Germania prima autem praeter alia municipia Moguntiacus est, et Vangiones, et Nemetes, et Argentoratus, barbaricis cladibus nota. Consentientur Veteres Notitiae.*

(2) V. PRAESIDIS *Geschichte der Deutschen* L. VI. §. 35.

(3) Episcopus Argentoratensis nuper in comitiis iterum admissus fuit.

(4) Conf. COINTIVS ad A. CCCCLV. n. 14.

(5) Conuentionem A. MDCCV. ea de re initam inter Franciscum Ludouicum Episcopum Wormatiensem, (nunc & Moguntiae Electorem) ac fratrem eius Electorem Iohannem Guilielmum, vide in LVNIGII Spicilegio ecclesiastico T. II. p. 930.

(6) IO. HENR. VR SINVS l. c. p. 54. *Post lessen Spireensem, Amandum Argentoratensem nulli fuerunt Episcopi ab Anno CCCXLIX. fere usque ad Dagobertum vel primum, circa annum DGXXX, vel secundum, annum DCLX.*

(7) Tom. II. p. 664.

§. XXII.

Sed etiam ex quo sub Francorum Regibus per Rhætiam, et Vindeliciam reslorescere ecclesiae, atque ipsi Alemani salutari doctrinae parere coepissent, episcopatus Cu-

D

riensis.

riensis, Augustae Vindelicorum, et Constantiensis, instaurati, atque ad Metropolin Moguntinam relati fuerunt. Curiensis, in Rhaetia prima, Episcopatus videtur initio sub Metropoli Mediolanensi fuisse Rhaetia, enim ad praefecturam Praetorii Italiae spectauit, sicutque et in Gothorum in Italia dominantium potestate. Atque hinc epistolae Synodicae Eusebii Mediolanensis ad Leonem Magum, Papam, subscribit Asino, Curiensis Episcopus. (1) Ex quo deinde Rhaetia subdivisionem Regum Francorum venit, Episcopus quoque Curiae in ecclesia Germanica locum habuit, et ad Metropolin Moguntinam respexit. Locum in comitiis Imperii habere Episcopos Curientes docent subscriptiones Recessum Imperii vsq; ad Recessum Comitiorum Augustanorum de A. M D X L V I I I . In comitiis quoque A. M D C X L habitis legatus Episcopi Curiensis suffragitum iterum post Leodiensem dixit. (2)

(1) conf. CAROLVS a S. Paulo in Geographia Sacra p. 40.

(2) v. Protocollo ap. LVNDORPIVM T. IV. L. IV. cap. 44. p. 877. 887. 893.

§. XXIII.

Augustae Vindelicorum, quae splendida Romanorum, et iam TACITO laudata (1) in Vindelicis, sive Rhaetia secunda, colonia fuit, primus Episcopus celebratur S. Symonis, circa Annum CCC. sub Diocletiano, martyrii laurea coronatus. (2) Sunt, qui hunc episcopum sub Mediolanensi Metropoli fuisse scribunt, eoque trahunt, quod Synodicae Eusebii, Mediolanensis Episcopi, ad Leonem M. epistolae subscripsit Asmo Curiensis, et Euthasius Augustanus Episcopus. Fauet huic opinioni, quod, ut paulo ante notauimus, Rhaetia vtraque sub Praetorio Italiae, cuius sedes Mediolani fuit. Sed quantum quidem ad Euthasium attinet, iam obseruauit MARCVS VELSERVS, (3)

et

et post eum LVCAS HOLSTENIVS, (4) non Augustae Vindelicorum, sed Augustae Praetoriae Episcopum fuisse. Minus autem dubii habet, hunc episcopatum a Francorum Regibus, postquam Rhaetia potiti Franci, instauratum, (5) atque inde Metropoli Moguntinae adscriptum fuisse.

(1) TACITVS de M.G. cap 41.

(2) V. COINTIVS ad A.DCXXIV.

(3) M. VELSERVS Rerum Augustanarum L.VIII. p. 168.

(4) conf. CAROLVS a S. PAVLO in Geographia Sacra p. 40.

(5) de quo v. CAROL. STENGELIVS in Comment. Rerum Augustae Vindelicorum. p. 2.

§. XXIV.

Constantiensis Episcopatus primum institutus fuit Vindonissae, quod oppidum est in maxima Sequanorum, ad Confluentes Arolae, Rusae, et Limagi. Illius plures Episcopi conciliis Galliae subscriptis deprehenduntur. Ipsam vero Vindonissensem ecclesiam sub Vesuntina Metropoli fuisse COINTIVS, (1) aliqui Viri docti, probabiliter scribunt. Deinde Maximus, seu Maximinus, regnante in Francis Clotario, sedem transtulit Constantiam, quae urbs nomen a Constantio, Constantini M. patre, habet, uti prolixie probat COINTIVS. (2) Ea est huius episcopatus inter Sueuici circuli status dignitas, ut iure conuocandi ad conuentus circuli, vna cum Duce Würtenbergiae gaudeat. Unita episcopatui huic Abbatia Reichenauensis, cuius intuito suffragium in comitiis sibi deberi non ita pridem Episcopus contendit. (3)

(1) ad A.DXLIX. n.52.

(2) T. II. p. 665.

(3) Qua de re vide decretum Commissionis Caesareae de A. 1712. in LVNIGII Spicil. Ecclesiast. Cont. I. p. 516.

§. XXV.

Cum Euangelii lux inter Francos cis Rhenum habitantes inualuisset, instituti in illis Episcopatus Moguntinae Metropoli eo maiori iure subordinati, quod illæ Ecclesiae veluti sacrae coloniae Moguntinensis, primique illarum Episcopi, sodales Bonifacii, essent. Eichstadiensis episcopatus originem refert ad A. DCCXLVI. Primus Episcopus consecratus Wilibaldus. (1) Agitata iam olim contentio inter Eichstadiensem et Vormaciensem super praerogativa sedium, utroque proximum a Metropolitano Moguntino locum sibi vindicante, in solenni curia Alberti I. A MCCXCIX. maxime erupit. Quam rem ita narrat HENR. REBDORFFIVS in Annalibus: (2) *In qua solennitate cum contentio oriretur inter suffraganeos Archiepiscopi Moguntini, tunc ibi praesentis, videlicet Eystetensem, ut Wormatiensem Episcopos, super prioritate sedium, post eundem Archiepiscopum eorum Metroopolitanum, quia quilibet contendebat se debere immediate sedere post Archiepiscopum praedictum, prout etiam Eystetenfis haec priuilegia habere dignoscitur ab antiquo, et Archiepiscopus Moguntinus tunc ibi praesens magis declinare videbatur ad Episcopum Wormatiensem. Sed Conradus Eystetenfis Episcopus pro defensione honoris Ecclesiae sua, auxilium Gebhardi Comitis de Hirsbach, tunc eiusdem aduocati implorauit, qui tunc eundem Wormatiensem prohibuit primam sedem tenere post Archiepiscopum eundem. Cum Episcopo Spirensi de proaedria in Comitiis lis oborta. (3) Eandem D. LEOPOLDVS pro Eichstadiensi tum decidit. (4)*

(1) conf. Vita S. WILIBALDI in HENR, CANISH Lectionibus Antiquis.

(2) ad A. 1299. in MARQ. FREHERI Scriptor. Rerum Germanicarum T. I. p. 600.

(3) V. LONDORPHI acta publica T. VII.

(4) V. Decretum Leopoldi in LVNIGII Reichs-Archiv P. Spec. contin. I. III, Abtheilung p. 151.

§. XXVI.

§. XXVI.

Heripoli fundatus episcopatus A. DCCLI. datus que Burchardo, qui iam ante A. DCCXLVII. consecratus Episcopus fuerat. Dioecesis ipsa A. DCCLXXIX. plenius descripta. Ceterum hacc ecclesia amplissimis aucta incrementis, territoriis, iuribusque regalibus, eo potentiae atque autoritatis peruenit, ut Ducatus etiam per Franciam Orientalem titulum, atque insignia, Infulis suis adiecerit.

§. XXVII.

Cum Carolus M. Saxones subegisset, atque ad Christiana sacra adduxisset, prolata quoque Metropoleos Moguntinae autoritas, et ex ecclesiis Saxoniceis ei additae, Paderbornensis, Hildesheimensis, Halberstadiensis, et Verdensis. De Saxoniceis autem Episcopatibus in genere nondensis. De Saxoniceis autem Episcopatibus in genere notari debet, ut sensim creuisse, neque destinata Caroli statim perfici potuisse verisimile est, ita origines illorum nondum ita illustratas esse, ut secure annum quo quisque conditus fuerit, indicare liceat. Ita quod ad Paderbornensem attinet, ecclesiam Paderbornae ab Episcopatu ipso secernere oportet. Circa A. DCCXCIX. Carolus, at Paderae fontes, quo in loco, ob situs opportunitatem, quoties aduersus Saxones morisset, saepe versatus est, ecclesiam condidit. (1) Eius curam commisit Burchardo, Episcopo Heribopolensi, donec proprium Episcopum posset impone-re. Impositus est Hathumarus idque factum a iuncto vulgo A. DCCCXCV. (2) Sed hanc temporis designationem dubiam facit veteris scriptoris autoritas. Siquidem in translatione S. Liborii, quam Ido, Presbyter Paderbornensis, sub Bisone, quarto Episcopo Paderbornensi, scripsit, Hathumarum paucis ante Caroli M. obitum annis ordinatum legimus. (3) Prima vero Episcopi sedes non Paderbornae, sed

D 3

Heri-

Mengnus

Heristalli fuit, quod castrum ad Visurgim situm, nomen a statione et hybernis Francorum habebat. Vnde Episcopi Paderbornenses primum Heristallenses dicti fuerunt.

(4) Hathumari successor Baduradus, inter prouinciales nominatur, qui in Synodo Moguntina, a Rabano Archiepiscopo A. DCCCXLVII conuocata, conuenerunt. (5)

Caeterum hic Episcopatus insignibus priuilegiis statim a Carolingis Regibus ornatus fuit. Tale est praeceptum Ludouici Pii, Episcopatum in peculiarem suam, et Imperii tutelam recipientis, de A. DCCCXXII (6) quod filius eius Ludouicus Germanicus confirmauit. (7) Item Caroli Crassi priuilegium de A. DCCCLXXXV. quo Capitulo liberam Episcopum eligendi potestatem fecit. (8)

(1) Annales Francici ad h. A. Dominus Rex inde tulit multitudinem Saxonum, cum mulieribus & infantibus, et collocavit eas per diuersas terras in finibus suis, et ipsam terram eorum diuisit inter fideles suos, i. e. Episcopos, Presbyteros, Comites et alios Vassos suos, et ibi ad Padresbrunnam aedificauit ecclesiam.

(2) V. SCHATENIVS in Annalibus Paderbornensisbus P. I. p. 29.

(3) Conf. Dn ab. Eckard in Censura Diplomatis Osnabrugensis.

(4) SCHATENIVS P. I. p. 13.

(5) Idem P. I. p. 135.

(6) V. LVNIGII Spicileg. Ecclesiast. T. II. p. 699.

(7) Ibidem p. 697.

(8) Ibidem p. 698.

§. XXVIII.

Hildesheimensem Episcopatum a Carolo M. itidem institutum, et primam sacerdotum coloniam Remis eo deductam, scribit ALBERICVS. Alii ad Ludouicum Pium institutionem referunt. (1) Alii scribunt Carolum M. in Aulica, quae nunc Elcen dicitur, duobus ab Hildesio miliaribus, vbi Sala riuulus in Leynam influit, sita, Episcopatum esse decreuisse, et ibidem ecclesiam S. Petro Apostolo dedicasse; Ludouicum autem, filium eius, eam Hildesheimum trans-

transtulisse. et in honorem B. Mariae Virginis Episcopatum fundauisse, primumque Episcopum ordinatum Guntharium A. DCCCXIV, qui obierit A. DCCCXXXV. (2) De exercitio religionis, aliisque litibus, quae Episcopis Hildesiensibus cum Dueibus Brunsvici et Luneburgi erant, transactum fuit A. MDCXLIII. eaque transactio in Pace Westfalica confirmata.

(1) Chronicon vetus Hildesheimense in *LEIBNITH* Script. Rerum Brunfu. T. I. p. 742. Sed ille scriptor hoc ipso in loco pluribus erroribus narrationem implicat, neque adeo meretur ut rei quis praeualeat.

(2) V. Catalogum Episcoporum Hildesheimensium, decerptum ex chronicis *EGGEHARDI* Vragensis Abbatis, apud *LEIBNITIVM* I. c. Tom. I. p. 772. Hanc sententiam praferunt passim Viri erudit. Inter alios *BROWERVS* in notis ad vitam S. Godehardi Episcopi Hildesheimensis, (quae extat inter eius Sidera illustria Germaniae etc.) pag. 97.

(3) conf. *Richts-Archiv* P. 5. p. 523. et 527.

§. XIX.

Halberstadiensem vulgo tradunt circa A. DCCLXXX. et quidem Osteruici institutum, deinde vero sedem episcopalem Halberstadium, translatum. Hildegrinum quidem, Catalanensem ante Episcopum, primum hic Episcopum fuisse inter omnes conuenit: sed reliqua non satis certa sunt. Nam qui A. DCCLXX fundatum scribunt episcopatum, DITH-MARI, Episcopi Mersburgensis autoritate nituntur, qui Hildegrinum primum Episcopum A. DCCCXXVII. obiisse scribit, postquam quadraginta et septem annis praefuisse. (1) Sed in illo annorum computo error haud dubie est, si Hildegrinum tot annis Halberstadiensi ecclesiae praefuisse intelligas. Nam Altfridus, tertius Monasteriensium Episcopus, vbi de morte S. Ludgeri agit, quae in A. DCCCIX. incidit, eo tempore adhuc ecclesiae Cadoloneniss Episcopum

nomi-

nominat. (2) In vetero Chronico Halberstadiensi traditur, (3) A.DCCCIV in conuentu Salzae, quo constitutae res Saxonum, qui tum concordes in Caroli obsequia transibant, signatos huius episcopatus limites. (3) Hinc COINTIUS A.DCCCX. fundatum Seligenstadii episcopatum, et Hildes- grinum, ei praepositum, cathedralique A.DCCCXX, Halberstadium translatam coniicit. (4) Prostat Diploma Ludouici Pii de A.DCCCXIV, quo is fundationem episcopatus confirmat. (5) Sed illud suspicioni haud parum obnoxium est. Hic Episcopatus in Pace Westphalica solitus religione, et Principatus titulo, Electori Brandenburgico concessus fuit. (6)

(1) *DITHMARVS* in Chronico Lib. IV. p. 362.

(2) L II. c. 8.

(3) In *LEIBNITII* Scriptoribus Rerum Brunsvicensium T. II. p. 3.

(4) ad A. DCCCX. n. 94. et A. DCCCXX. n. 18.

(5) ap. *SAGITTARIVM* in histor. Halberstadiensi §. 15. *LEVCKFELDIUM* in Antiq. Halberstad. T. II. p. 614. *LVNIIGIVM* Spicilegio Ecclesiast. T. II. p. 15.

(6) V. Inst. Pacis Osnabrugense art. XI.

§. XXX

Verdensis episcopatus initia sua Carolo M. debet: (1) Referunturque illa ad A. DCCLXXXVI. Georgius, e familia Brunsvicensi Princeps, Mindensis et Verdensis Episcopus, Euangelicorum sacris eum addixit. (2) In Pace Westphalica aequa ac Archiepiscopatus Bremensis, seculo addictus fuit. Ab eo tempore principatus titulo, in Circulo Westphalico censetur.

(1) Hunc annum adstruit *P. GODEFRIDVS HENSCHENIVS* in Commentario Historico de V. Suiberto Episcopo, Frisorum et Bructuariorum apostolo §. VIII. n. 62. Diploma foundationis Caroli M. v. im Reichs-Archiv P. 5. Cont. II. p. 472. Sed dubium visum est Viris doctis. Seriem Verdensium Episcoporum. vide IBIDEM in Spicilegio Ecclesiastico Continuat. I. p. 893. Sed merentur conferri, quae de prima Episcoporum serie ad Erlulphum usque protulit Dn. ab

ECKARD

ECKARD in censura Diplomatica Carolini de Scholis Osnabrugensis
Ecclesiae p. 21. et seqq.

(2) v. SPANGENBERG in chron. episc. Verden. p. 223.

§. XXXI.

Antequam a partibus hisce discedamus mentio facienda est Episcopatus Bambergensis, qui exemptus est, (quales autocephalos vocare posses) atque in Comitiis Imperii ante reliquos Episcopos locum, primumque inter circuli Franconici status, habet. Fundatus est ab Henrico S. Imperatore, dotatusque ex bonis veterum Bambergae comitum. Renitebatur initio Herbipolensis Episcopus, quod locus es-
set intra iurisdictionem dioeceseos suae. Res itaque acta in Synodo Francofurti A. M VII(1) Praesidente Willegiso, Archiepiscopo Moguntino, celebrata, accedente autoritate Iohannis XVIII. (2) factaque compensatione Herbipolensi Episcopo, conditus Episcopatus. Primus Episcopus institutus ab Imperatore Eberhardus, Cancellarius eius, quem Willigis statim consecravit. (3) Benedictus VIII. Pontifex A. MXIX. Bambergam venit: ibique erectionem episcopatus confirmavit, et basilicam dedicauit. Eundem ferunt Bambergensem ecclesiam exemptam declarasse; quod alii ad Clementem II. referunt. Sed quisquis denique huius exemptionis autor sit, Pontifici vectigalem fuisse constat: ac tributi nomine quotannis equum candidum, pheleris ornatum, ipse Papa Benedictus stipulatus est. (4) Sed liberavit illum hoc onere Henricus III. Is enim cum Papa Leone IX. Vormatiae transegit de iuribus, quae Papa tum in Bambergae ecclesiam, tum in alia Germaniae beneficia sibi afferrebat, concessitque in illorum compensationem in Italia quaedam, interque illa ius suum in urbem Beneuentum. (5) Idem Leo Pontifex pallium misit. (6) Adeo amata Henrico Imperatori, adeoque ornata a Pontificibus ecclesiis, hoc quoque singulare ornamentum habet, quod uti Episcopi, qui simul

E

Prin-

Principes Imperii sunt, quatuor Principalis Aulae Ministeria, Dapiferi, Mareschalli, Camerarii, Pincernae, illustribus familiis hereditario iure addicta habent, ita Bambergensis ecclesia ipsos IV. summos imperii Archiofficialis, iisdem sibi muneribus deuinctos videt. Quod hi Principes pietati Henrici eiusque in hanc ecclesiam affectui videntur tribuisse. Ceterum Ecclesia Bambergensis, memoriam trium primorum Antistitum, Eberhardi, Suidgeri, Hecelini, qui omnes a Cancillis Augustorum ad hanc cathedram venerunt, hodie renouatam videt in Celsiss. et Reuerendissimo Principe FRI-DERICO CAROLO, ex Comitibus a Schenborn et Buchhaim S.R.I. Vice Cancellario qui nuper Emirientissimo Patruo in hoc episcopatu sucessit, et mox etiam ab Heribopolitano Capitulo postulatus, Pontificalem per Franconiam autoritatem late extendit.

- (1) De illa synodo *DITHMARVS* L.VI. p. 383. Acta ipsa vid. T. IX. Consiliorum. Conf. Jacobum Gretserum S. I. ad vitam Henrici S. quæ extat in Sanctis Bambergensisbus.
- (2) Vid. hoc Diploma in vita S. Henrici apud *IAC. GERETSERVM* l.c. et Reichs-Archiv Spicil. eccles. II. Theil p. 9.
- (3) *DITHMARVS* l.c.
- (4) *SCHATENIVS* l.c. ad A. MXIX. p. 434. Bullas Benedicti vid. im Reichs-Archiv l.c. p. 10. et Contiuat. I. Spicil. eccles. p. 481. Breue ad Erhardum v. P. II. p. 11.
- (5) *LEO OSTIENSIS* lib. II. cap. 46. *Hic idem Augustus ex sui patrimonii sumtibus construxit ecclesiam ad honorem. S. Georgii, quam aduocato Benedicto Papa consecrari fecit, episopalemque in ea sedem constituens B. Petro ex integro obtulit, statuto per annos singulos censu, equo uno optimo albo, cum ornamentibus omnibus et phaleris suis, centumque marchis argenti. Postmodum Leo IX. Papa vicariationis gratia Beneuentum ab Henrico, Conradi filio, recipiens, praedictum episcopium Bambergense sub eius ditionem remisit, equo tantum quem praediximus librente.* Ex Germanicis scriptoribus *HERMAN-NVS CONTRACTVS* ad A. MLIII. quem a natalitiis A. MLII. Incipit, rem distinctius narrat. *Imperator cum Domino Papa, multisque Episcopis, et Principibus, natalem Domini Vormatiae egit, ubi cum Papa*

Papa, sicut dudum cooperat, Fulensem Abbatiam, aliaque nonnulla loca et coenobia, quae S. Petro antiquitus donata feruntur, ab Imperatore reposcens exegisset, demum Imperator pluraque in Ultramontanis partibus ad suum ius pertinentia, pro Cisalpinis, quasi per concambium tradidit. Caeterum non ipsum Principatum Beneventi, sed ius imperii in urbem, tum rebellem Oxfari, destinatum fuisse Pontifici probat, totumque hoc negocium accurate exsequitur CL.
PETRVS GIANNONVS in Historia civili Regni Neapolitan. Lib. IX. cap. 3.

(6) Vid. bullam Leonis de A. 1049. spicil. Eccles. II. Theil. p. 15.

§. XXXII.

Colonia Vbiorum Agrippina, vti Moguntiacum Germaniae primae, ita secundae metropolis erat, ac Italico iure censebatur. (*) Inter Episcopos seculo IV. eminuit Matherinus, (1) Constantino M. charus. Neque minor Euphratis, imperantibus Constantini filiis, in Ecclesia autoritas. Illius consensu gloriabatur Athanasius, atque ipsa Magni huius Ecclesiae Patris verba pro sacro Metropolitano iure Colonensis Ecclesiae in testimonium adducit PETRVS DE MARCA, (2) respondens simul iis, qui video tribui illi hanc dignitatem posse negant, quod vnu tantum praeter illum in prouincia esset Episcopus Tungrorum. (3) Obscuratam postea dignitatem hanc fuisse per varias bellorum clades, quibus afflita fuit Colonia, (4) turbataque Romani Imperii per illum limitem Politia, facile quis credat. Non tamen assentimur iis, qui penitus tum intercidisse Colonensem Ecclesiam scripserunt. Neque enim deleta a Francis vrbs. Sed regni potius sedes a parte Francorum electa, inque ea post necem Clodorici Clodoueus Rex salutatus legitur. Conuersis, ac Chlodouei Regis exemplum, ad Christifidem Francis, iterum efflorescere potuit ecclesia, maxime sub Regibus, qui in Austrasia regnarunt. Inclita adhuc dum viget ex illa periodo Cuniberti Episcopi memoria, qui Dagoberto, et post illum, Sigeberto, Regibus, rector vel

uti, et praecibius, vna cum Maiore Domus, consiliarius fuit. (5) Id vero certum est, eo ecclesiae Franciae neglectu, et turbatione, quae Pipino et Carolomanno Ducibus fuit, ius metropolitanum Ecclesiae Coloniensis iacuisse. (6)

(*) L. 8. ff. de Censibus.

(1) De quo vid. PRAESES in den Geschichten der Deutschen L. VI. §. 30.

(2) Athanasius in epist. ad Solitarios, inter ceteros Episcopos suae communionis recenset Euphratam, Episcopum Agrippinae μητροπόλεως τῆς ἀνω Γαλαξεως. Evidem CAROLVS a S. PAVLO p. 127. obiicit, Athauasi verba accipi posse de sola metropoli ciuili, quum Episcopus metropoleos esse potuerit, nec tamen ipse metropolitana potestate in ecclesiasticis gaudere; sed quum constet Nicaeni concilii canones in Gallia receptus, omnino etiam pro ecclesiastica metropoli praesumitur.

(3) In Dissert. de Primatibus §. LXXV.

(4) De quibus PRAESES in denen Geschichten der Deutschen Lib. IX. §. XXI. Romanorum Politiam per Germaniam ll. iam Honorii temporibus intercidisse notat IBIDEM L. VIII. §. XLIII.

(5) Conf. vita eius apud GELENIVM de Coloniae Agrippinae magnitudinae Lib. III. §. II. p. 250. seqq. XVIII.

(6) v. supra §. XVIII.

§. XXXIII.

Anno DCCXLIV. illud rescripto Zachariae Papae restitutum scribit idem MARCA, (1) et prouocat ad octauam epistolam Zachariae ad Bonifacium, in qua ita Pontifex: *De ciuitate namque illa, quae nuper Agrippina vocabatur, nunc vero Colonia, iuxta petitionem Francorum, per nostrae autoritatis praeceptum, nomini tuo metropolim confirmavimus, et tuae sanctitati direximus, profuturis temporibus, eiusdem metropolitanae ecclesiae stabilitatem.* Sed videtur consilium effectu caruisse. Siquidem Bonifacius Moguntiae, sedem obtinuit, et Zacharias A. DCCLI. huic metropoli Moguntinae, Tungros et ipsam Coloniam subiecit, vt ex loco supra allegato patet.

patet. Quanquam hac in parte effectu caruit epistola Zachaiae, vt supra notauimus, et mox Coloniensi ecclesiae ius metropoleos restitutum. Hildebaldus, qui in aula Caroli M. eminuit, eo iam titulo vsus est. (2)

(1) In Diff. de Primatibus §. LXXV.

(2) PAGIVS ad A.DCCXCI. n. 5. et DCCXCIV. n. 6.

§. XXXIV.

Varia insignia ornamenta consecuti sunt Colonienses Praesules sub Carolingis Imperatoribus: Quin et sub Saxonis, et maxime, quum Bruno, Ottonis M. frater, Lotharingiam regeret. Ei pallium misit Papa Agapetus II. singulari hac praerogatiua, vt eo, quoties vellet, vteretur. (1) Leo IX. Papa Hermannum, Coloniae Archiepiscopum, Romanae Ecclesiae Cancellarium fecit, et ecclesiam S. Iohannis ante portam Latinam, eidem attribuit. (2) Vnde frequens in subscriptionibus bullarum Pontificum formula, qua bibliothecarii, aut Cancellarii sedis Apostolicae, se eas recognouisse, ad vicem Archiepiscopi Coloniensis, tanquam Archicancellarii profitentur. E V G E N I V S III.A. MCLl. Arnoldo petenti sequentia confirmauit: *Pallii quoque usum, et vivifcae crucis vexillum atque naccum, (*) insigne videlicet festini equi, quae praedecessoribus concessa sunt, suo tempore, suoque loco ferenda, nos tam Tibi quam Tuis successoribus confirmamus: adiicientes, ut nulli primati, nisi tantum Romano Pontifici, debeas esse subiectus.* Tum addit de proecdria: *Et si Romanus Pontifex, vel Apostolicae sedis legatus, in eadem prouincia concilium celebrauerit, tu post eum primum inter alios locum obtineas. (3)* Frequenter Archicapellani fuerunt tam sub vetustis Francorum regibus, quam in Lotharingiae regum aula. Vnde in Germaniae regno eo facilior ad hanc dignitatem aditus. Vnde tandem obtinuit, vt Ar-

chicancellariatus eorum in specie ad Italiam restringeretur,
de quo alibi. (4)

(1) Rotgerus in vita Brunonis cap. 23. in Leibnitii scriptoribus Rerum
Brunsvicensium T. I. p. 281.

(2) VIBER TVS Archidiaconus Tullensis in vita Leonis L. II. c. 5.
dedit ei officium Cancellarii S. Romanae sedis, eiusque successoribus,
tribuens illi ecclesiam S. Iohannis ante portam Latinam. Bullam ipsam
et antiquis S. Seuerini, in ciuitate Coloniensi, tabulariis protulit GE-
LENIVS de admirand. magn. Colon. L. III. Synt. I.

(*) s. nactum, stragulam: de qua voce vid. CVIACIVS Observatio-
num L. V. cap. II.

(3) V. bullam Eugenii in LVNIGII. Spicil. eccl. P. I. Cont. p. 232.

(4) De quo PRAESES in Dis. de Originibus Archi-Officiorum Au-
licorum S. R. I. §. 15. 16. 17.

§. XXXV.

Equidem et primatum ei tribunt, trahunturque huc
verba RVPERTI TVTIENSIS: (1) *Sed primatum*
Colonia metropolis obtinuit, ea maxime causa, quia Crescens praedi-
tus Coloniae quoque Apostolicam verbi Dei visitationem primus
intulit. Sed quamdiu certiora non afferuntur, viri docti, et
decorum ecclesiae Coloniensis studiosi, de primatu Coloni-
ensi dubitarunt. (2) Nam quod ad ipsam Primatis vim, at-
que potestatem spectat, non appareat vñquam metropolita-
num aliquem ad Coloniensis autoritatem respexisse. Quod
ad dignitatem attinet, fauet Coloniensi ecclesiae HINC
MARI sententia, supra prolata, qui pro sui aei disciplina,
illis quoque Metropolitanis Primatus honorem tribuit,
qui nulli alteri Primi subiecti essent: Atque hanc senten-
tiam iuuant LEONIS IX. Papae verba: *Sicut neminem Ar-*
chiepiscoporum tibi subiicimus, ita sub nullo Primate te agere de-
creuimus. Quod etiam repetit EVGENIVS III. eo loco,
quem supra protulimus. Caeterum inter titulos suos Ar-
chiepiscopus Coloniensis Legati nati appellatione vtitur.

(*) Lib.

(1) Lib. I. de Officiis diuinis cap. 27. (T. II. Operum)

(2) vid. MALLNICKROTIN. de Archicanc. L. II. cap. 4.

§. XXXVI.

Prope Colonensem Dioecesis late porrigitur Leodiensis episcopatus, proprie, et antiquissimo iure huic subordinatus metropoli. Siquidem in Vetere Notitia Galliarum (1) duae ciuitates, nempe *metropolis ciuitas Agrippinensem*, et *ciuitas Tungrorum* Germaniam secundam constituant. Tungrorum Episcopum sub Constantino M. dioecesis accepisse P. AEGIDIUS BVCHERIVS coniecta. (2) Sub eo Seruatus Tungrorum Episcopus floruit. (3) Scilicet Tuu- gris primum fuit episcopalis Cathedra, post Traiectum ad Mosam translata, demum ab Huberto Episcopo Leodii collocata. (4)

(1) Quam vide apud SCHEELSTRATENIVM in Ant. Eccles. T. II. p. 638.

(2) conf. Eius Disputatio historica de Primis Tungrorum Episcopis c. 3. ap. CHAPEAVILLE T. I. add. Geschichte derer Deutschen Lib. V. §. 30.

(3) Geschichte der Deutschen l. c. §. 36. & 37.

(4) conf. COINTE ad A. DC CXXI. n. 39. et ad A. DCCLXXXII. n. 23.

§. XXXVII.

Prolati fuerunt fines huius prouinciae vna cum religione Christiana in Frisios, ac episcopatus Ultraiectinus conditus, cuius dioecesis latissime patuit. Dominium tempore Episcopus Imp. Carolo V. ut Duci Brabantiae, et Comiti Hollandiae cessit. (1) Ecclesiam ipsam in Archiepiscopatum erexit Paulus IV. ex sententia Philippi II., et suffraganeos Episcopos instituit, Harlemi, Dauentriae, Groeningae, Leowardi, et Middelburgi. (2) Sed breuis fuit haec rerum facies. Siquidem hi populi et libertatem aduersus Hispanos armis asseruere, et relictis Romanis Sa-

cris

40 DE PRIMATIBVS, METROPOLITANIS ETC.

cris, sublataque regiminis episcopalis forma, presbyteris ministerii ecclesiastici curam demandarunt.

(1) conf. PRAESES in Diss. de nexu Regni Lotharingiae.

(2) Bullam exhibet AVBERTVS MIRAEVS in operibus T. I.

P. 472.

§. XXXVIII.

Sed etiam in Saxoniam et Westphaliam extensum huius Metropoleos ius, et suffraganei eius facti, Osnabrugensis, Monasteriensis, et Mindensis. Bremensis etiam initio, sed is mox exemptus, ut suo loco dicemus. Solent antiquissimum Osnaburgensem (1) inter episcopatus a Carolo M. conditos, & Vihonem, primum Episcopum celebrae, proferuntque iabulas, Caroli M. de A. DCCCIII. in quibus scholas graecas atque latinas Osnabrugae institui praecepit, eaque occasione Viconis Episcopi, et eius ecclesiae, quam se primam omnium in Saxonia construxisse testatur, mentionem facit. Sed alii in dubium has ipsas tabulas vocarunt, deque illarum fide haud ita pridem eruditis ventilationibus certatum. In pace Westphalica singularis prorsus formula huius Episcopatus constituta, scilicet ut alternis vicibus Episcopum Catholicum, et Evangelicis sacris addictum, et hunc quidem ex domo Brunsuicensi (2) habeat. Estque uniformis ac perpetua capitulatio, ad cuius normam Catholicus aequa, ac Evangelicus Princeps Episcopatum regat. Id quoque adiectum, ut quoties Episcopus A. C. addictus fuerit, ea quae sunt ordinis, ab Archiepiscopo Coloniensi, velut Metropolitanus, exerceantur. (3)

(1) Chronicón Mindense incerti auctoris apud MEIBOMIVM rer. Gerin. T. I. p. 555.

(2) v. Instrument. Pacis Osnabrug. Art. XIII. §. II.

(3) IBIDEM. l. c. §. VIII. Ne etiam durante administratione et regimine Episcopi A. C. addicti, circa censuram ecclesiasticorum Catholicorum itemque usum et administrationem sacramentorum, ritu Romanac ecclesiae, ut et cetera, quae sunt ordinis, villa difficultas aut confusio sub-

suboriatur horum omnium dispositio, quoties alternativa successio in talem A.C. addictum deuenerit Domino Archiepiscopo Coloniensi, velut metropolitanoreseruata, aduersus Aug. Confessioni addictos plane sublata esto.

§. XXXIX.

Monasteriensis ecclesia iidem origines debet Carolo. Et locus quidem Mimigardefort vocabatur, in quo Carolus ecclesiam aedificauit. Illa deinde in episcopatum conuerta, primusque Episcopus consecratus est Liudgerus, Abbas Werthinensis, (1) cuius initium ad A. DCCCII. refert P. CAROLVS le COINTE. (2) A monasterio clericorum, quod Liudgerus ibidem exstruxit, ipsi loco nomen haesit, et pristinum nomen Mimigardeford sensim exoleuit. Mindensis haud dubie Carolo M. initia debet sed annum indicare non possumus. (3) In pace Westphalica seeulo adductus, et Electori Brandenburgico in partem compensatio-
nis attributus. (4)

(1) conf. vita S. LUDGERI ab ANONYMO scripta, et a BROWERO edita, inter Sidera Illustrium Sanctorum Virorum etc.

(2) Ad A. 802. n. 107. et satis fauent calculo notæ veterum chartarum, quae in traditionibus Werthinensibus reperiuntur. Qui Episcopatus Ludgeri initia ad A. 788. referunt, ex ipsis illis traditionibus satis refelluntur.

(3) Chron. Mindense ap. MEIBOMIVM T. I. p. 555. ad A. DCCLXXX. refert. Sed variis fabulosis circumstantiis inuoluta narratio. COINTIVS eundem ad A. 786. refert, in Annal. ad hunc Annum n. 9.

(4) v. Instrum. Pacis Osnabrug. Art. XI. §. IV.

§. XL.

De Treuirensi prouincia, quae Belgicam primam complectitur, acturis, praemittenda erit utriusque Belgicae descriptio, qualis fuit e tempore, quo sub Constantino M. eiusque filiis, ecclesiastica res publica per Gallias instituta, atque formata est. Libellus prouinciarum Romanarum (*) completum earum numerum nobis exhibet: In Belgica prima ciuitates numero IV, Metro-

F polis

42 DE PRIMATIBVS, METROPOLITANIS ETC.

polis ciuitas Treuirorum; ciuitas Mediomaticorum, Mertis, Leucorum, Tullo; ciuitas Verodonenium. In prouincia Belgica secunda ciuitates numero XII. Metropolis ciuitas Remorum; ciuitas Sueffionum: ciuitas Catuellanorum; ciuitas Veromanduorum; ciuitas Atrebatum; ciuitas Cameracensium; ciuias Turnacensium; ciuitas Syluanecium; ciuitas Bellouacorum; ciuitas Ambianensium; ciuitas Morinum, ciuitas Bononiensium.

(*) Quem v. ap. *SIRMONDVM* in Conciliis Gall T. I. post prae-
fationum, et apud *SCHEELSTRATENIVM* in antiquitate ecclesi-
ae T. II. p. 638. & 639.

§. XLI.

In origines ecclesiae Treuirensis hic inquirere non est ani-
mus. (1) Eminet inter primos Praesules Agroecius, qui concilio
Arelatensi A. CCCXIV. habito, subscripsit. (2) Eo maior autem
ecclesiae fuit dignitas, quum vrbs, iam olim clarissima, *) quae-
que aliquamdiu sedes Imp. Maximiani et Constantii fuerat, se-
des praefecturae praetorii Galliarum a Constanino eligeretur,
retineretque palatium, in quo postea Constantinus iunior, Valen-
tinianus, et successores eius plerumque commoret sunt. Vnde
de illa AVSONIVS:

Dignata Imperio debent cui moenia Belgae.

Ad huius ciuilis praerogatiuae imitationem, secundum eam
quam initio huius dissertationis proposuimus regulam, etiam Epi-
scopo Treuirensi proclue fuit primum Ecclesiae suae locum in
Galliis afferere. Sed gruiter afficta vrbe Treuirorum, a grassan-
tibus per Belgicam Francis Honorius Imperator sedem praefectu-
rae praetorii Galliarum transtulit Arelatem. (3) Quod eius vrbis
Episcopus postea retulit inter argumenta debitissibi Primatus. Sed
Treuirensis metropoleos et Primatus fortuna iam distinctius erit
proponenda.

(*) *ZOSIMVS lib. III. maximam trans Alpes vocat. SALVIA-*
NVS de Gubernatione Dei lib. VI. Urbem Gallorum opulentissimam,
et Excellentissimam. Idem Gallorum summam.

(1) Vi-



- (1) Videatur de illis *BROWERVS* Annal. Treuir. T I. L. II. n. 71. sq.
 (2) Vide epistolam synodicam, inter monumenta vetera *OPTATO MILLEVITANO* subiuncta p. 183. add. *PRAESIDIS* Geschichte der Deutschen Lib. VIII. §. 30.
 (3) *IBIDEM* Lib. VIII. §. 6. de aliis securis vrbis Treuirensis cladi-
 bus *IBIDEM* l. c. §. 43 et Lib. IX. §. 21. not. 6.

§. LXII.

Scilicet quanquam vrbis Treuirensis multum a pristino splendore decidisset, ac in squalore et ruina iaceret, non tamen eccllesia intercidit. Episcopos deprehendimus variis synodis, sub primae stirpis Regibus in Gallia ecelebratis interfuisse. Ita Nicetius subscrispsit concilio Aruernensi I. A. DXXXV. (1) itemque Aurelianensi V. A. DXLIV (2) et Aruernensi II. paullo post habito. (3) Episcopos hos in magna dignatione habitos, etiam aliunde constat. Nicetum sic compellat *VENANTIVS FORTUNATVS*:

Totius orbis amor, Pontificumque caput.

Et alio loco Magnericum:

Culmen honorificum, Patrum Pater, Archisacerdos.

Sed haec quiuis metropolitanus sibi vindicet. Neque Nicetii autoritatem, qualis in synodo Tullensi emicuit, (4) hic representare opus est. Nam metropoliticum Treuirensis Ecclesiæ ius per Belgicam primam intemeratum mansisse nemo negauerit.

(1) v. acta apud *SIRMONDV M* in conc. Gall. T. I. p. 245.

(2) v. acta *IBIDEM* p. 284.

(3) *IBIDEM* p. 291.

(4) conf. Mappinii Rhemensis Episcopi, absentiam excusantis, epistola ad Nicetum: in *HARDVINI Concil.* T. II. p. 1453.

§. XLIII.

Multo autem ampliora passim, etiam recentiori aeuo, celebrari legimus. Teugualdum, siue Theutgaudum,

Archiepiscopum, Belgicae prouinciae Primatem vocat Papa Nicolaus I. in sententia contra illum, et Guntharium, Archiepiscopum Colonensem, lata. (1) Fridericus I. ita alloquitur Hellinum, eius temporis Treuirensem Antistitem: (2) *Igitur quia Vos Primas estis cis Alpes, et cor regni, et metropolis illa vestra Treuiris etc.* LVPOLDVS DE BABENBERG in dedicatione libri de iuribus Imperii, ad Balduinum Archiepiscopum, primatum eius laudat. Ut innumerar ecentiorum scriptorum loca praetereamus.

(1) Cauf. XI. qu. 3. c. 10. Sententia integra est apud SIRMONDVM in Concil. Gall. T. III. p. 229.

(2) LVNIGIVS in spicil. eccl. P. I. Cont. p. 214.

§. XLIV.

Sed tam circa tempus, quo coeperit hic primatus, quam circa autoritatem eius, et quae dioecesi viguerit, non satis sibi constant scriptores. In tam vasto argumento, extricare se volentes filium a ratione temporis petere debent. Itaque quamdiu vrbs praetorii Galliarum sedes fuit, Episcopum quoque eius ad distributionis ciuilis imitationem, atque, vti de Sirmensi Iustinianus loquitur, omnium per Gallias Episcoporum potiorem habitum fuisse, agnoscunt Viri docti. (1) Quanquam facile crediderim primis tempoibus has ecclesiastici principatus species non adeo sollicite constitutas fuisse: cum Episcopi nondum speciosa honorum vocabula captarent, et extraordinaria potestate comiter uterentur. In specie potestatem congregandorum Omnia episcoporum, ex prouinciis huic praetorio attributis, ei attribuit PETRVS DE MARCA. (2) Et sauent sane plurima ex historia S. Maximini, quibus insignis plane eius inter Episcopos Galliarum autoritas innuitur. (3) Caeterum inde forte orta traditio, Agroecium ipsum a Silvestro Papa, Galliarum Patriarcham appellatum. (4) Sed

Sed ubi sedes praefecture Arelatem translata, et vrbis Augusta Treuirorum aliquoties ab irruentibus populis Germanicis occupata, totaque Gallia Belgica misere per plures annos vastata, prima uia quoque haec, et ab ipso Canonico Ecclesiae vsu orta Treuirensis autoritas concidit, et denique plures Episcopi per Gallias primatus titulos a Pontificibus Romanis expetierunt. (5) Ecclesia autem Treuirensis pristinum splendorem recuperare aliquoties tentauit. Ita BROWERVS refert, (6) Volusianum Episcopum, circa A. CCCCLXV. Metropolitae Galliarum, et Primatus dignitatem, litteris nouis ab Hilario Pontifice impetratis, confirmandam instaurandam curasse: Sed tabulas veteres, quibus autoritatem stabiliret, non profert. Facile tamen credideris, neque Treuirenses aequo tulisse animo nouam Arelatensis praerogatiuum: Neque reliquos in Francorum Ecclesia Episcopos eam summopere respexit, quamdiu illa vrbis extra Francorum ditionem fuit.

(1) BERTERIVS Diatr. II. cap. 4. p. 185. Nec ego mihi persuaserim quenquam Episcopum Treuirorum in tribus his dioceesis primatum unquam egisse. Si quis tamen in propria eum Galliarum dioecesi praecipuo quodam, et Exarchi honore donatum contendat, minime obnitudem arbitror. PETRI DE MARCA locum vide in annotatione sequente. Caeterum hanc conjecturam penitus perire videatur autoritas Gelasii, Papae supra ad §. VII. not. 7. prolata. Sed iam conciliauit haec BERTERIVS l.c. p. 185. & CAROLVS a S. PAVLO in Geographia Sacra p. 137.

(2) PETRVS DE MARCA de Concordia Sacerdotii et Imperii P. H. Lib. VI. cap. 17. §. 4. Pro adstruendo iure hoc conuocandi Concilium CAROLVS a S. PAVLO in Geographia Sacra p. 136. prouocat ad exemplum Concilii Agrippinenfis, A. CCCXLVI. habitu, in quo Euphrates, Coloniensis Episcopus, abdicatus fertur, pluribus metropolitanis adstantibus, moderante Synodus Maximino Treuirensi. Sed acta huius synodi, quac proferuntur, nisi prorsus conficta, certe interpolata esse ostendit Praeses in den Geschichten der Deutschen Lib. VI. §. 30.

(3) De Autoritate S. Maximini in Ecclesia Gallicana conf. Geschichte der Deutschen. Lib. VI. 35.

(4) Adstruit hanc Siluestri autoritatem BROWERVS T. I. L. IV. n. 2. ad A. CCCXXVII. verbis sequentibus: *Silvester nil negandum ratus tam pio Imperatricis Augustae (Helcnae) studio, Agricium amplissimo diplomate dato, Galliarum iubet esse Patriarcham, et olim a maioribus usurpatas Belgicae et utriusque Germaniae tenere primas* - - - *Caeterum diploma a Silvestro traditum, et si rerum et temporum tot iuriis casibusque periit, sententia tamen vetustissimis assertuata schedis mansit: Sicut in gentilitate propria virtute, sortire et nunc Treuir super Gallos et Germanos primatum, quem Tibi prae omnibus harum gentium Episcopis, in primitiis christianaee religiones doctoribus, Euchario, Valerio, Materno per baculum, caput ecclesiae, Petrus, signavit habendum, suam quodammodo minuens dignitatem, ut te participem faceret. Quem ego Silvester, eius seruus, successione indignus per Agricium Patriarcham renouauis, confirmo. Hinc et distichon illud celebratissimum:*

*Accipe post Alpes Primatum, Treuir, ubique
Quem Tibi Roma noua lege dat, et veteri.*

Sed iam obseruauit BERNH. a MALLINCKROT in opere de Archicancellariis S. R. I. L. II. c. 4. quam dubiae autoritatis sint hae Sylvestri nomine inscriptae tabulae; Scilicet res ipsa potest aliquis veri habere, cui fabulosa miscuerit posteritas.

(5) Quos ordine recenset PETRVS DE MARCA in Diff. de Primat; §-LII. et sqq.

(6) In annal. Treuir. T. I. L. V. n. 94.

§. XLV.

Altera est periodus, quae post illam rerum Imperii, et ecclesiae, per Galliam conuersionem secuta est. In illa Treuirensis ecclesiae saltim per Belgicam vtramque primatis ius videtur obtinuisse. Hoc sensu Papa Nicolaus Theugualdum vocat Belgiae Primatem, in loco supra producto. Sic et Ottoni Frisingensi sua autoritatis constat, qui Galliae Belgicae Primatem Treuirensi ecclesiae tribuit, (1) Rhemensem certe sub Treuirensis primatus autoritate fuisse, rationibus, et testimoniis Veterum probarunt PHIL. BERTERIVS (2) et CAROLVS a S. PAVLO. (3)

(1) Chron.

- (1) Chron. L. VI. c. 30. *Tribus Gallis tres Primate praesse volunt, Belgicae Treuirensim, Aquitanicae Bituricensim, tertiae Lugdunensem,*
- (2) Diatrib. II. c. V. p. 202. *Adeoque si quis primarum prouinciarum metropolibus bonos debet, is profecto Augustae Treuirorum maxime tribuendus, sit cuius Episcopo hac ratione saltem primatus utriusque Belgicae eripi non potuit. Verum Remigii sanctitas, christianissimi regni cunabula, et Romanae legationis fauor, tantam olim Remorum Episcopo gratiam potuerunt et autoritatem conciliare, ut Treuerico iura Primatis in secunda Belgica retinere vix licuerit. Unde forsitan Treuerorum ecclesia Remensis soror, non mater, appellatur in Remigii testamento; quomodo item locutus est Hincmarus, Rhemensis Episcopus, apud Aimoinum lib. V. cap. 21. Primatis tamen autoritatem aliquando, in Belgica secunda receptam, testis Gregorius VII. Pontifex M. in epistola ad Manassem : Rhemensis cui praesides ecclesia, quodam tempore Primati subiacuit, et ei ut magistro, post Romanum Pontificem obediuit. Nec dissentit Hincmarus epist. VI. qui Pontificum constitutionibus eam sedi Romanae subiectam, et ab alia potestate liberatam dixit. Rationem autem BERTERII a iure prouinciae primae sumtam, nostram facere non possumus, cum contrarium adstruxerimus supra §. IX.*

(3) in Geographia sacra p. 136.

§. XLVI.

Sed denique et Remensi ecclesia hac autorita exoluta est. Hinc soror nominatur in testamento S. Remigii. Et HINC MARVS Archiepiscopus Remensis ita vocat in conuentu Metensi, cum in Regno Lotharii coronandus esset Carolus Caluus.
 (1) Idem passim inculcat, non esse alium inter hos duos Archiepiscopos ordinem, quam quo consecrati essent. (2) Incipit itaque tertia species, vbi scilicet autoritas quidem cessavit, mansit tamen cum titulo dignitas. Inque eam rem accommodatae sunt Pontificum bullae, quibus ab eo tempore prospexere sibi Praesules. Ita Theodoricus quum a Iohanne XIII. primatum ecclesiae suae instaurari peteret, bullam obtinuit A. DCCC CLXIX.
 (3) ex qua verba hue spectant sequentia: *Decernentes per huius nostri apostolici priuilegii validissimam constitutionem, ut quandocunque a nostra principali et apostolica sede Episcopus,*

scopus, Presbyter, vel Diaconus, vel Subdiaconus, siue quilibet ordinarius Legatus rei ecclesiasticae, seu cogendae synodi causa in Galliam Germaniamue destinatus fuerit, Treuirensis Praeful post quemlibet ordinarium Legatum apostolicae sedis, primum inter alios Pontifices locum obtineat; et si missus Romanae ecclesiae defuerit, similiter post Imperatorem siue Regem sedendi, sententiam edicendi, et synodale iudicium canonice promulgandi primatum habeat, utpote in illis partibus Vicarius nostrae sedis apostolicae merito constitutus. Bruno Archiepiscopus Romam profectus A. MCIV. a Pascali Papa renouari hanc cathedrae suae dignitatem petiit. (4)

(1) v. acta Synodi apud ANDREAM DV CHESNE T. II. p. 450.
Ita vero HINCMARVS: *Ne alicui forte videatur incongrue ac praesumptiose me, ac prouinciae nostrarer venerabiles Coepiscopos facere, quoniam de altera prouincia ordinationi et causis huius prouinciae nos immiscemus, sciat, nos contra canones faros non agere, quoniam Remensis et Treuerensis ecclesiae in hac regione Belgica commissari ecclesiis sacerdotes, et comprouinciales habentur, sicut autoritas ecclesiastica, et antiquissima demonstrat consuetudo. Ac per hoc unanimi consensu et synodalia iudicia exercere, et quae a sanctis patribus constituta sunt, debent concorditer custodire: hac priuilegii conditione seruata, ut qui prior de Remensi, et Treuerensi Episcopis fuit ordinatus, prior etiam habeatur.*

(2) v. quae notauimus supra ad §. X.

(3) BROWERVS l.c. L. X. n. 10.

(4) IDEM T. II. L. XIII. n. 8.

§. XLVII.

Suffraganei huius metropoleos, Episcopi Metensis, Tullensis, et Virdunensis, vt in ecclesiae, ita quondam et ciuitatis Germanicae communione fuerunt, plurimis ab Imperatoribus Germanicis beneficiis et honoribus aucti, donec in pace Monasterini, territoria illorum Regi Galliae cederentur. Ecclesiastica tamen autoritas seruata est Treuirensi metropoli. (*)

(*) v. Instrumentum pacis Westphalicam Monasteriense cap. XI.

§. XLVIII.

§. XLVIII.

Dum in confinio Belgicae versa mur, pauca quoque adiicienda de ecclesia Cameracensi, quum eius Episcopus ad ciuilem rationem Imperii pertinuerit. Ipsa ecclesia variis ab Imperatoribus beneficiis aucta, feudali iure illis obnoxia, et Episcopus ipse Dux eloquio ornatus fuit (1) Suffraganeus fuit Remensis ecclesiae. Saepe tamen Synodus ecclesiae Germanicae interfuit. Amplissima eius antiquitus dioecesis. Sed Urbano II. Papa admonente, Atrebates proprium Episcopum elegerunt, Lambertum, quem Papa ipse consecravit, Romae A. MXCIV. (2) Paulus IV. ecclesiam Cameracensem in archiepiscopale fastigium euexit A. MDLIX. (3) Eique Atrebatensem, et Tornacensem ecclesiam, exemptas a metropoli Remensi, tum et recens institutos in Namurci, et S. Audomari oppidis episcopatus subiecit. Non aequo animo hanc suae prouinciae imminutio nem ferente Archiepiscopo Remensi. (4)

(1) v. *PRAESES* in Dissert. de *nexus regni Lotharingiae cum Regno Germaniae* §. XXXI.

(2) conf. *PAGIVS* in *Critica annal Baronii ad An. MXCIV n. 18.*

(3) v. bullam in *AVBERTI MIRAEI operibus* T. I. p. 472.

(4) de quo *P. LVD. THOMASSINVS* de *Antiqua Ecclesiae disciplina* P. I. p. 335.

§. XLIX.

Hi ex Lotharingia Episcopatus in Regni et Ecclesiae Germanicae Societatem transierant. Ex regni Burgundiae (*) Metropolitanus Vesontinus ius Comitiorum et Ciuitatis Germanicae diu habuit. Nunc ex illa Prouincia solus locum in Comitiis retinuit Episcopus Basileensis.

(*) Ecclesiam Burgundicam, eiusque Metropoles, recensuit *PRAESES* in Diss. *de Nexus Regni Burgundici cum Imperio Romano-Germanico Sect. II. §. XI.*

§. L.

Vidimus ecclesiasticam Politiam, qualis stante Romano Imperio adornata fuerat in Belgica, in Germaniis, in Rhaetia, instauratam sub Francis, lactius iterum effloruisse, et longe lateque propagines suas emisisse. Iam et ecclesias Germanicas, quae in Norico, et parte Pannoniariū, Rhaetiaeque secundae florent, obire animus est. Pannonia et Noricum ad Illyricum ex Constantini M. diuisione referebantur, cuius Praetorium Sirmii fuit, quam urbem HERODIANVS (1) inter ciuitates istius regionis omnium primariam, seu maximam AMMIANVS MARCELLINVS (2) Ciuitatum matrem, appellat. Quantum vero attinet ad ecclesiasticas dioeceses illas ante Constantini M. tempora incertas fuisse, (quod et supra de Galliis obseruauimus) (3) facile credit, qui meminere bellorum, quibus ille Imperii limes agitatus semper fuit.

(1) in Maximino.

(2) Lib. XXI.

(3) v. supra §. XII. conf. P. HANSIZIVS in Germania Sacra, in Prolegomenis de Norico, Vindelicia etc.

§. LI.

Caeterum vulgo scribunt Sirmium tenuisse fastigium per Illyrici prouincias in ecclesiasticis non minus, quam in ciuilibus, donec contrita ab Attila vrbe, Praefectura Thessalonicam transferretur. Videturque fauere huic sententiae, quoad sacrum Sirmii Primum, Imperator IVSTINIANVS in Nouella, qua Episcopum Achridae, s. Iustinianae primae, Archiepiscopum declarat. (1) Ait enim Sirmii fuisse *omne Illyrici fastigium, tam in ciuilibus, quam in Episcopibus causis.* Attrita vero vrbe Sirmio, cum Praefectus Thessalonicam configisset, ius metropolitanum in ecclesiasticis partim Laureaco, partim Achridae, partim Salona-

nae datum esse statuunt. (2) Alii negant Episcopos Norici, et Pannonicum ad Sirmiensis autoritatem respexisse. (3) Ut tuncque ipsius Iustiniani autoritate. Is enim, cum delero Gepidarum Regno, A. DXXXV. Praefecturam Thessalonica reuocatam in urbe Achrida, patria sua, ideoque Iustinianae primae nomine condecorata poneret, simulque eius urbis Antistitem Archiepiscopum ficeret, Daciam, Mysiam II, Dardaniam, Preualitanam prouinciam, et partem saltem Pannoniae II. illi attribuit. (4) Nihil vero de reliqua Pannonia II. nihil de Prima, nihil de Norico disponit. Adiecturus (uti huius sententiae autoribus videtur) et has, si olim sub Sirmio fuissent.

(1) CAROLVS a S. PAVLO in Geographia Sacra p. 72.

(2) vid. locum in nota. (4)

(3) v. P. MARCVSHANSIZIVS in Germaniae sacrae T. I. in Prolegomenis de metropoli Laureacensi, De Rhaetia vero Prima et secunda, utrum illa ad Sirmii primatum spectauerit, superfluum est quaerere. Iliae enim Prouinciae sub Praetorio Italiae erant.

(4) Nouell. XI. Ut primae Iustinianae patriae nostrae pro tempore Sacro-sanctus Antistes, non solum Metropolitanus, sed etiam Archiepiscopus fiat, et ceterae prouinciae sub eius sint autoritate, id est tam ipsa mediterranea Dacia, quam Dacia Ripensis; nec non Mysia secunda Dordania et Praeuallana prouincia, et secunda, Macedonia; Et pars etiam secundae Pannoniae, quae in Bacense est ciuitate. Cum enim in antiquis temporibus Firmi praefectura fuerit constituta, ibique omne fuerit Illyrici fastigium tam in ciuilibus quam Episcopalibus causis; postea autem Attilanis temporibus eiusdem locis deuastatis Apennius, Praefectus Praetorio, de Firmitana ciuitate in Thessalonica profugus venerat, tunc ipsam praefecturam et sacerdotalis honor securus est: Et Thessalonicensis Episcopus, non sua autoritate, sed sub umbra praefecturae meruit aliquam praerogatiuam.

§. LII.

Sed non vacat antiquissimum statum harum Ecclesiarum, et qualis ante vastatum ab Attila Illyricum fuit, sollicite excutere; neq; expendere quae in singulis prouinciis metropoles,

G 2

faltem

saltem ciailes fuerint. Noricum mediterraneum sub Aquileiensi metropoli originarie fuisse stauant Viri docti. (1) Certe post Iustiniani tempora fuisse, pene extra dubium. (2) Namque Concilio Gradensi A. DLXXIX. celebrato interfuit Leonianus, Tiburniae (*quam urbem Norici Metropolin vocat EVGIPPIVS, vetus scriptor*) (3) Vigilius Patauinae, seu ut recte interpretantur, Petouensis, Iohannes Celeianus, seu Cileensis, Ecclesiae Episcopi. Eos Papa Pelagius II. in literis ad Eliam Patriarcham Aquileensem, suffraganeos eius vocat. (4)

(1) v. SCHEELSTR ATEN.

(2) Ago scitque P. HANSIZIVS l. c. p. 62.

(3) in vita S. Seuerini. c. 21, Vbi steterit. Tiburnia inquirit P. HANSIZIVS l. c. p. 85.

(4) v. acta Concilii Gradensis, et Pelagii Papae epistolam.

§. LIII.

Per Noricum Ripense et Pannoniam primam, ac partem secundae viguisse antiquitus Laureacensis episcopi metropolitanam autoritatem contendunt Viri docti. Laureacum insignis in Norico Ripensi vrbs, ad ostium Anasi amnis fuit, in qua Praefectum Legionis, itemque classem, vtpote in loco opportuno aduersus Marcomannos, Imperatores habuerunt. Ita enim in Notitia Imperii: SVB DISPOSITIONE VIRI SPECTABILIS Ducus Pannoniae primae, et Norici Ripensis, Praefectus Legionis secundae LAVRIACO. Praefectus classis LAVRIACENSIS. Metropolim fuisse non quidem diserta veterum Scriptorum testimonia reperio; nec tamen abnuero. Episcopus eius vrbis S. Constantius laudatur a coaeuo Scriptore in vita Seuerini. (1) Hosce iam Episcopos metropolitica dignitate polluisse communiter creditur, indicio maxime literarum Symmachi Papae, qui ab A. CCCCXCVIII. vsque ad A. D XIV. Romae Pontifica-

tum

tum tenuit, ac Theodoro Laureacensi Praesuli, pallium misit. Dabimus hic ipsam epistolam SYMMACHI, quod ea fere praecipuum argumentum pro metropolitano Laureacensi Ecclesiae honore contineat. (2)

(1) EVGIPPIVS in vita S. Seuerini cap. 9.

(2) Extat epistola passim: et apud P. HANSIZIVM quoque l. c. p. 7. item apud PAGIVM in critica ad Annales BARONII ad A. DV. n. 5. Prolitetur CAROLVS a S. PAVLO dubitaturum se de illius si-de, nisi apud scriptores Germanicos melioris notae reperiretur. Symmachus, S. Apostolicae sedis, De gratia, Episcopus, Reuerendissimo et Sanctissimo fratri, Theodoro, Laureacensi Ecclesiae Archi-Episcopo. Diebus vitae tuae, pallii usum, quem ad Sacerdotialis officii decorum et ad ostendendam unanimitatem, quam cum B. Petro Apostolo uniuersus grex Dominicarum ouium, quae ei commissae sunt. habere non dubium est, ab Apostolica sede, sicut decuit, poposci; quod utpote ab eisdem apostolis fundatae Ecclesiae, Maiorum more libenter indulsimus, ad ostendendum te Magistrum et Archi-Episcopum tuamque sanctam Laureacensem Ecclesiam Prouinciae Pannonicarum sedem fore Metropolitanam. Idcirco Pallium, quod ex Apostolica charitate tibi destinauimus, quo ut debeat secundum, morem Ecclesiae tuae, solerter admonemus, pariterque volumus, ut intelligas, quia ipse vestitus (quo ad Missarum solemnia ornaris) signum praeten-dit crucis, per quod scito te et fratribus debere compati, ac mundia-libus illecebris in effectum crucifigi. Unde rogo, ut cum deforis bu-iusmodi insigni indueris, intus in animo consideres, quod hoc sit magis oneris quam honoris, atque cor tuum, Deoregente ab appetitu istius saeculi sic tempora, ut et commissam exequi gubernationem, sic stu-deas, ut adeptae dignitati (cuius sublimaris officio) et probitate morum et viuacitate sollicitudinis, accustodia integerrimae fidei congruas, quatenus tu ipse a remuneratore omnium bonorum Deo, et benedictio-nis gratiam, vitamque aeternam consequi merearis.

§. LIV.

Alia insuper adsunt pro Laureacensi testimonia, recentiora quidem, sed quae tamen antiquioribus monumen-tis insistunt. Eugenius II. circa A. DCCCXXVI. in episto-la ad optimates Hunniae, seu Auariae, de Yrolpho Archie-pisco.

54 DE PRIMATIBVS, METROPOLITANIS ETC.

piscopo Laureacensi scribit: *Is nouam Ecclesiam catholice gubernandam vestris partiis suscepit, in quibus etiam quandam Romanorum quoque, Gepidarumque aetate, ut e lectione certum est, in septem Episcoporum Parochias, Antecessores sui, iure Metropolitanu obtinuerat dioecesin.* (1) Agapitus Papa A.DCCCCXLIX. in epistola ad Gerardum Laureensem, testatur, in Archiuo S. Petri se reperisse notitiam, quod a Laureacensibus in superioris, atque inferioris Pannoniae prouincias Christianae fidei manauerint semina, quibus etiam duabus prouinciis, illarumque Pontificibus, usque ad tempora Hunnorum, non aliis quam Laureacensis praefuerit Archiepiscopus. (2)

(1) vid. literas IBIDEM p. 8. & 9.

(2) IBIDEM p. 9.

§. LV.

Metropoleos huius fata vix ab Historia expectes: adeo obscura sunt, cum totus ille limes perpetius Gothorum, Langobardorum, Hunnorum, Slavorum vastationibus obnoxius fuerit. De eo conuenit inter Historicos, cum Seculo VIII. Hunni et Auares, regionem omnem circa Anasum flumen ferro et igne depopularentur, Viuilonem Episcopum, fauente Duce Boioriorum, Patauium, tanquam in locum tutiorem migrauisse. (*) Laureacum vero funditus excisum est, et vix locum hodie monstrant ruinae prope Anasianum, Austriae oppidum. Hunc Viuilonem Patauii Episcopum deinde institutum videbimus. Adeoque cardo controvrsiae, quam successores eius cum Salisburgensibus habuere, in eo vertitur, utrum ecclesia Laureacensis Patauii saltem continua, an vero nouus prorsus Episcopatus Patauii conditus fuerit? Quod in tanta rerum obscuritate facile in utramque partem verti potuit.

(*) HANSIZ. p. 95. seq. P. 120. seq.

§. LVI.



§. LVI.

Scilicet Ecclesiae per has prouincias, nouam faciem in-
duerunt sub Francis, quorum Imperio Boioarii parebant.
Equidem iam ante varii per illas celebrantur Episcopi. Sic
Iuuauiae, quae fuerat yrbs Norici mediterranei, a Vidimi-
ro, Ostrogothorum duce (1) dum Italiam petit grauiter affli-
ctam, circa exitum Seculi V^o. Ecclesiam instaurauerat S.
Rupertus, (2) enataqne ex Iuuauiae ruinis Salisburgum.
Sic et Ratisbonae fuerant Episcopi. Et Frisingae S. Corbi-
nianus docuerat.*)

(1) De Vidimiro, quem Vithimarum vulgo vocant, vetus traditio, conf.
*brevis historia de origine et consecratione et reparacione Eremitorii
in monte prope Coemeterium Monasterii S. Petri in ciuitate Salisbur-
gensi, collectore quodam Asceta eiusdem Monasterii. Salisb. 1561.4.*
Vidi mari expeditionem descriptam vide in *Geschichten der Deutschen*
L.X. §. 30. Alii ad Odoacrum referre malunt, de cuius ductu in Ita-
lia actum IBIDEM §. 33.

(2) v. Catalogus Abbatum Monasterii S. Petri Salisburgi ab ALBER-
TO Abate eius Monasterii confessus. Salisburgi A. 1646.

(*) conf. supra §. LII.

§. LVII.

Sed stabilem politiam Ecclesia per illas oras demum nacta
est cum Franci iam rerum potirentur, et Duces Boioariorum
sub illorum clientela agerent. Venit tum in illam oram Bo-
nifacius, vñusque eo tempore Episcopus Viuilo repertus
est, paulo ante a Gregorio Papa ordinatus. Itaque ille
A. DCCXXXIX. volente ac fauente Odilone duce, velut ab
integro ordinavit Ecclesiam Bauaricam, et per IV. Dioeceses,
scilicet Salisburgensem, Patauensem, Ratisbonensem, ac
Frisingensem descripsit.*). Quod valde opportunum fuit
ad stabiliendam simul Romani Pontificis autoritatem.

*). *VILIBALDVS et OTLONVS* in vita eius: add. P. CARO-
LV^s le COINTE ad A. DCCXXXIX. n. 27. P. HANSIZI-
VS l. c. p. 141. P. CAROLVS MEICHELBECK in Historia
Frisingensi T. I. p. 34.

§. LVIII.

§. LVIII.

Ex his vero Episcopis Salisburgenfis ad metropoliticam dignitatem Seculo VIII. enifus est. Arno enim a Leone III. A. DCCXCXVIII. Carolo M. volente, et potentibus Boioariae Episcopis Archiepiscopus factus, et pallio honoratus est: (1) Atque ita tum ordinata prouincia Bauariae Ecclesiasticae, vt sub hac Metropoli esset Ecclesia Sabionensis, quae nunc Brixinensis est, Frisingensis, Ratisbonensis, Pataviensis, et Niwenburgensis. (2) Eidem Carolus magnam Hunnorum qui per Pannoniam colebant, tum recens victorum partem, vt illorum conuerzionibus operam daret, commendauerat.

(1) v. Bullam ap. *HVNDIVM* in Metropoli p. 4. sed illa suspecta videtur *P. HANSIZIO* p. 141.

(2) De Episcopatu Niwenburgi, seu Neoburgi, quod ad Danubium situm est oppidum, qui statim iterum intercidit, conf. *P. HANSIZIVS* l.c. p. 137.

§. LIX.

Sed non tulere hoc aequo animo Passauenses, et veteris Ecclesiae Laureacensis metropoliticam dignitatem, atque sacram per Pannonias autoritatim, itentidem instaurare conati sunt. Vrolphus itaque Hunnorum et Moraorum, Pannonias incolentium, conuerzioni operam dedit, et IV. Episcopatus per prouincias eas instituit: atque impetravit ab Eugenio II. pallium, et literas, quibus ei vicem Apostolicam per Hunniam, Moraiam, et reliquam Pannonię, atque usum ac potestatem antecessorum suorum, videlicet *S. Ecclesiae Laureacensis Archiepiscoporum* impertivit. Sed Moraica Ecclesia a Passauensibus eodem Seculo IX. subducta est, et Methodium, qui vna cum fratre Cyrillo, conuertendis Morauis felicem operam nauauerat Metropolitam accepit, (2) qui titulo Archiepiscopi Morauiensis Ecclesiae a Papa honoratus,

tus, nequicquam contradicentibus Bauariae Episcopis, (3) et maxime Passauensi. Sed noua qnidem haec prouincia Morauica mox intercidit. Gerhardus iterum obtinuit a Leone VII. A. DCCCCXXXVII. vt pallium ipsi tanquam Laureacensi Archiepiscopo concederet, (4) et Vicarium suum constitueret. (5)

(1) conf. *HANSIZIVS* p. 146. et seq.

(2) IBIDEM p. 162.

(3) Literas Archiepiscopi Iuuauiensis, et reliquorum Bauariae Antistitum, ad Papam Iohanneum datas, itemque Hattouis, Archiepiscopi Moguntini, pro eadem causa Epistolam, sicut post alias *P. HANSIZIVS* l. c. pag. 176. seq.

(4) v. Bullam Leonis ap. *HANSIZIVM* p. 191.

(5) IBIDEM p. 192.

§. LX.

A criter contra natus est Herolphus, Iuuauensis Antistes, eoque res tum deducta, vt Agapetus II. Papa ad sedandam discordiam aequis partibus rem dirimere statueret: et diuisis prouinciis utriusque Antistiti Metropolitanam potestatem seruare. Ea ergo ratione prouincias partitus est, vt occidentales manerent sub cura Saltzburgensis, Orientales, cum Morauorum regione Gerardo parerent: (1) delatis simul utriusque Apostolicis per illas partes vicibus, ita tamen, vt primum locum haberet Laureacensis. Verum ab obitu Gerardi, Fridericus Salisburgensis Antistes, a Benedicto VI. (qui sedere coepit A. DCCCCLXXII.) per totam Noricam prouinciam, et utramque Pannoniam ius Metropolitanum, et vices Apostolicas impetravit: (2) ac Gerardi successor Adelbertus pallio caruit: Episcopi Laureacensis titulo contentus. Ast qui eum exceptit Piligrinus, conuertendis Vngarum feliciter intentus, facile obtinuit (3) a Benedicto VII. vt pallium mitteret, iterumque Laureacensis et Salisburgen sis dioeceseos terminos, ad formam ab Agapito II. constitutam discerneret: Vbi tamen dispositum, vt ordo praecedens

H

di

di non esset vnicē, ceū Agapitus decreuerat, penes Laureacensem, sed vt alterum antecederet, qui prior esset in ordinatione. (4) Cui rei et Ottonis II. Imperatoris autoritas accessit Is enim renouauit Metropoliticam Laureacensis ecclesiae dignitatē, et Piligrinum, tanquam Laureacensis ecclesiae Antistitem, in ius atque titulum antecessorum restituit. (5)

(1) v. literas ap. HANSIZIVM p. 198. Verba ita se habent: *Proinde distribuere, atque determinare ita vobis parochias, bonum et pacificum aestimamus; ut diuisis duabus Noricae regionis prouinciis, Heroldo Archiepiscopo, Occidentalis Pannoniae cura committatur et custodia; tibi autem, successoribus que tuis, propter emericam antiquitatem Sanctae Laureacensis Ecclesiae, cui iure iuniorum reverentia assergit, in benedictionis et sedis ordine praelatis atque praepositis, prouidentiam Orientalis Pannoniae regionemque Avarorum, atque Marabarorum, sed et Schlauorum, qui modo Christiani, vel adhuc per baptismum Christo lucrandi sunt, circumquaque manentium, credimus: nostramque Apostolicam vicem in illis partibus praedicandi, et pro arbitrio vestro, ubi opus est, Episcopos constituerendi, omniaque disponere, atque ordinare tali autoritate atque potestate delegamus; ac si ipsi praesentes affiissimus.*

(2) v. HANSIZIVS l. c. p. 203.

(3) Epistolam Piligrini ad Papam vid. ap. HANSIZIVM p. 211. et Benedicti VII. literas IBIDEM p. 213.

(4) Benedictus VII. Papa ap. HANSIZIVM p. 214 *Et sicut modernis temporibus Sanctae memoriae Agapitus Papa terminos earundem Parochiarum ab inuicem distinxit, sic et ipsi diffinimus: ita quoque ut sancta Salzburgensis Ecclesia superioris Pannoniae Episcopos habeat suffraganeos, quibus usque buc sui Pontifices praeeesse videbantur, cum tanta talique dioecesi, quali hactenus in inferiori usi sunt Pannonia. Sancta autem Laureacensis Ecclesia inferioris Pannoniae, atque Moesiae regiones, quarum prouinciae sunt Avaria atque Maravia, in quibus septem Episcoporum Parochiae antiquis temporibus continebantur; sive Antistites Archiepiscopalem deinceps habeant potestatem, cum tanta talique dioecesi, quali hactenus in superiori usi sunt Pannonia. Quibus utique iam praeeceptis insuper iniungimus, ut iuxta beati Gregorii decretum, Anglorum Archiepiscopis directum, alter illorum, qui prior sit in ordinatione tempore, ipse etiam quoad viuat, prioratum teneat et in ordine.*

(5)

(1) Otto II. Imperator in priuilegio A. 977. dato ap. HANSIZIVM l. c. p. 223. *Vt quemadmodum priscis temporibus S. Laureacensis Ecclesia, quae extra murum in honorem Sancti Stephani, Sanctique Laurentii constructa et dedicata est, ante dissidium et desolationem Regni Bo*s*iorum mater ecclesia, et Episcopalis sedes fuit, ita deinceps prisci*n*o honore ac dignitate Canonica autoritate perfruatur, quam et praef*e*senti p*rae*cepto nostro renouamus, et iam saepe dictae Laureacensis Ecclesiae Venerabilem Piligrinum reintronizamus Antistitem, quaet*e*nus amodo tam ipse quam omnes sui successores Laureacenses fiant, et et nominentur Pontifices*

§. LXI.

Sed neque haec diurna Passauiensium possessio. Si quidem Pannonia, quam paullo ante Piligrinus recuperar*a*, ab illorum cura au^{is}la, impetratis a Stephano Rege propriis Episcopis. Is enim ius sacrum intra ditionem suam constitutum, religionisque proprios curatores habere cupidus, ordinatis episcopatibus, Strigonensem Ecclesiam Metropolin instituit: atque sic Hungaricae Hierarchiae, aequa*c* ac Regni autor exst*it*it. Hinc Christianus, Piligrini in Passauensi cathedra successor, in diplomatis Ottonis III. non iam Archiepiscopus Laureacensis, sed Patauiensis Episcopus, dicitur. (2) Atque ab eo tempore Passauiensium de Metropolitico iure cum Salisburgensi aemulatio sere cessauit. Quae vero pro afferenda libertate atque exemptione ab Archiepiscopali eius autoritate tentauerunt, ea infra notabimus. Ipsa vero Salisburgensis Metropolis maioribus ab eo tempore incrementis aucta est, quae apud Historicos eius VIGVLEIVM HVNDIVM, et fratres MEZGEROS enarrata legas. Gebhardus Archiepiscopus a Papa Gregorio VII. Legatus natus appellatus est, quo titulo et successores vtuntur.

(1) HANSIZIVS l. c.p. 233. add. CHARTVICIVS in vita Stephani Regis

(2) v. Diplomata Ottonis ap. HANSIZIVM.

§. LXII.

De suffraganeis acturis primum quidem Passauiensis occurrit: cui diuturnae cum Salisburgensi eam ipsam ob rem lites. Eo migrasse Viuilonem iam notauimus, aequa ac lites de iure Metropoleos. A Pilegrini aetate Antistites hi, Episcoporum quidem loco et titulo contenti fuerunt, et multa extant indicia agniti iuris Metropolitici Salisburgensis. Sed contra et aliquoties tentarunt exempti esse, vti sub Georgio Episcopo maxime, et Christophoro, et demum sub Sebastiano A. MDCLI. tentatum. Ea controuersia versus faeculi praeteriti finem recruduit, et Romam ad Innocentium Papam a Iohanne Ernesto, Archiepiscopo Salisburgensi, delata est. Vism ibi A. MDCXCI. d. 26. Nou. *Constatre de iure metropolitico Ecclesiae Salisburgensis etiam ad effectum manutentionis.* Hoc iudicio ad supremum Senatum Aulicum Imperiale prolatum, censuit ille anno sequente, d. 20. Martii: *Resolutioni coram supremo iudice datae nihil contrarium statuendum esse.* Iamque sententia definitiva publicanda erat, quum intercessit D. Leopoldus Imperator, primum ut per anni saltem spatium sententia differretur, tentaturus interea amicam compositionem. De qua dum consultatur, lata est A. MDCXCIII. d. 11. Decembris in Rota Romana sententia: *Archiepiscopo Salisburgensi pro tempore existenti licuisse, et licere, in ecclesiam et Episcopum Passauensem, ac in eius ciuitatem, et dioecesin, ius metropoliticum, et omnes actus iuris metropolitici plene et omnimodo exercere: nec constituisse aut constare de aliqua exemptione, seu libertate Ecclesiae et Episcopi Passauiensis, eiusque ciuitatis et dioecesis, a iure metropolitico Ecclesiae Archiepiscopalis Salisburgensis, et suffraganeitate erga illum, eiusque Archiepiscopos pro tempore etc.* Appellauit Episcopus Passauiensis a sententia, et mox deserta via iustitiae recurrit ad viam gratiae, petiitque ut Pontifex Ecclesiam Passauensem vel

vel immediate sub potestatem Romanae sedis reciperet, vel Archiepiscopoli dignitate ornaret. Imperator Leopoldus enixe commendabat has preces Pontifici. Contra Archiepiscopus Salisburgensis rem ad comitia Imperii detulit. In illis plerique auersabantur nouam Metropolin: veriti, ne instaurato Laureacensis Ecclesiae honore Passauensis Episcopus (qui decimum tertium inter Episcopos in comitiis locum habet) altiorem locum non modo in Conciliis, sed et in Comitiis peteret. Nequicquam Caesar, et Episcopus monebant: in comitiis suffragia non ferri secundum Ecclesiastarum dignitatem: in Concilio autem Episcopis locum secundum ordinationem dari. Exstant Episcopi Bambergensis, Würzburgensis, Eichstetensis, Constantiensis, Augustani, Paderbornensis, Basileensis, Monasteriensis, itemque Abbatis Fuldensis nomine, datae ad Papam litterae, quibus constitutioni nouae metropoleos contradicunt. Ita Pontifex utriusque Praefuli ad dies vitae silentium in hac causa imperavit. Quo in statu res adhuc hodie versatur. (*)

(*) Totam hanc controversiam prolixe recenset P. HANSIVS l.c. p. 792. et seq. add. CL. PFEFFINGERVS in VITRIARIO Illustratio T. I. p. 1164.

§. LXIII.

Frisingensis Ecclesiae primus Episcopus fuit S. Corbinianus, qui quum in Boioaria diu praedicasset, sedem Frisingae fixit A. DCCXXIII. Ab eius obitu vacauit episcopatus, donec Bonifacius A. DCCXXXIX. ei praeficeret Erimbertum, S. Corbiniani fratrem. (*)

(*) conf. P. CAROLVS MEICHELBECK l.c. in vita S. Corbiniani, et Erimberti.

§. LXIV.

In partitione Bauariae a Bonifacio facta, Ratisbonae, in urbe tum Boioariae primaria, et ducum sede, fixa Episcopo sedes constituta, eique impositus Gariobaldus. Equi-

H 3

dem

dem iam ante Bonifacium nominantur aliquot Episcopi Ratisbonenses, interque eos S. Rupertus, S. Emmeranus, S. Erhardus, aliique, de quibus COINTIVS passim. Sed obseruat illos fuisse aduentios, s. regionarios, nec fixam ibi sedem habuisse. Gariobaldus cathedralm collocauit in Ecclesia S. Emmerani, quod sola tum Episcopum alere posset, vtpote ob sepulchrum S. Emmerani concursu populum frequentata. Caroli M. autoritate Sedes Episcopalis in urbem translata est. (1)

(1) v. HVNDIVS in Metropoli p. 130.

§. LXV.

Cum Ecclesia Salisburgensis in Metropolitanam erigeretur, Sabionensem quoque attributam illi fuisse supra vidimus, Erat Sauio, s. Sabiona Rhaetiae II. ciuitas. Ingenuinus (1) Episcopus eius subscriptis Synodo Gradensi ab Helia, Patriarcha Aquileiensi A.DLXXIX. habitae hac formula: *Ingenuinus, Episcopus S. Ecclesiae. secundae Raeriae.* Idem adfuit in conuentu Marani, seu vt alii vocant Mariani (vulgo Marano) quod est Venetorum oppidum, circa confinia A. DXC. et DXCI. celebrato, ac epistolæ ad Mauritium Augustum datae subscriptis. S. Albuinus, qui regnantibus Ottone III. et Henrico II. ecclesiam rexit, sedem Episcopalem Brixinam, decem millibus passuum Sabione dissitam, transtulit. (2) Alii tamen Hartwicum demum, qui A. M XXXXVIII. Episcopus factus est, migrasse Brixinam scribunt. (3)

(1) Synopsin vitae eius ex variis monumentis colligit, atque ad diem V. Februarii exhibuit BOLANDVS; quam in nonnullis emendauit PAGIVS in Critica Annalium Baronii ad A. DCXXXVIII. n. VIII. et IX.

(2) v. PAGIVS l. c. n. IX.

(3) HVNDIVS T.I. p. 442.

§. LXVI.

§. LXVI.

Sed ipsi Archiepiscopi Salisburgenses, suffraganeis auxere Metropolin suam, dum conuersionibus ad fidem Christianam operam dedere, atque Episcopatus per Carinthiam et Stiriam ordinauerunt. Ex his Gurcensis, in Carinthia superiori institutus est a Gebhardo, (1) Archiepiscopo Salisburgensi A. MLXXII. consentientibus Henrico IV. Imperatore, et Alexandro II. Papa. (2) Censetur in ciuili ratione sub potestate Territoriali Principum Austriacorum. Evidem in comitiis A. MDXLVIII. controversia ideo mota: (3) Retinuit vero domus Austriaca possessionem vel quasi iuris Praefusiles hosce pro meritis Landsassiis habendi. De collatura Episcopatus Gurcensis praeterea idem Ferdinandus cum Ecclesia Salisburgensi ita transegit, ut duo Episcopi successive a domo Austriaca, et tertius ab Archiepiscopo nominentur. (4)

(1) v. vita Gebhardi ap. CANISIVM T. VI. c. 14 p. 1227.

(2) IBIDE M c. 15. et 16. Philippi II. priuilegium de A. MCXCIX. quo inter alia hanc quoque erectionem confirmat vide in GEROLDI Annotat. ad Hundium p. 93.

(3) v. Acta publica p. Limnaeum T. IV. additam : ad Lib. IV. c. 7. §. 4. p. 500. et 501.

(4) v. Europäischer Herold.

§. LXVII.

Lauantinus in Carinthia inferiori institutus est ab Eberhardo Archiepiscopo Salisburgensi A. MCCXI. Episcopus sedem habet in oppido Lauamundae. Seccouensis in Stiria eundem autorem habet, ortumque ad A. DCCXIX. refert. Christophorus Episcopus A. MDLXI. intersuit comitiis Imperii, vti ex subscriptione (1) Receslus patet. Cæterum iam supra animaduersum est, tres hosce Episcopos iuris dictionem quidem ecclesiasticam in dioecesi habere, sed quoad secularem statum sequi conditionem reliquorum ducatus Carinthiae et Stiriae ordinum. (2)

(1) §. 83.

(1) §. 83. Christoph Bischoff zu Seggaw.

(2) Huc pertinet Responsum Ferdinandi ad Relationem deputatorum Circulorum, A. 1547. et 1548. ap. LIMNAEVM T. IV. addit. ad L. IV. c. 7. p. 500. Was aber die andern, als nehmlich, die 3. Stiffter Gürck, Seckau, und Levant - berührt, sollen gemeine Reichs-Stände gänzlich dafür halten, wo die Königl. Majest. wissen oder berichtet würden, daß die dem Reich verwandt, und steuerbar wären, daß Thro Königl. Majest. dieselben dem Reich keinesweges zu entziehen begehrten. Nachdem aber offenbar und Land-kündig, auch unwidersprechlich wahr, und beweislich, daß dieselben alle Threer Königl. Majest. als regierenden Herren und Landes-Fürsten des Hauses Oesterreich, unwidersprechliche erb-verpflichtete Unterthanen, Land-Leute auch mit ihren Personen und Gütern, ohn Mittel, in ihrer Königl. Majest. Land gesessen seynd, und außerhalb derselben, von H Reich, noch darinn, weder Regalia, noch einige Güter haben: sich auch deren Landschuzes, Schirms, Friedens und Rechtens, gebrauchen und begnügen lassen, auch in den Oesterreichischen Landschaften, darunter sie gesessen, und begütert, als Land-Leute, ihren Stand und Stimme haben, und also, mit aller Subiection, dem Hauf Oesterreich unterworffen, des auch unleugbar und unbeschweht, sondern bekanntlich seyn. Zudem, daß auch alle Güter, so zu den dreyen Stifften, Gürck, Seckau, Lavant, gewiedmet, und gegeben von Threr Königl. Majest. Land-Leuten, in derselben Nieder-Oesterreichischen Landen, als Land-Güter, erkaufft worden, - derhalben obbestimmte Stift, Prälaten, Herrn und Grafen, allein von wegen ihres Standes, aus rechten Irrsal, und ungnugsa- men Bericht, unbillig in die Reichs-Anschläge kommen, und belegt worden; aber, Kön. Majest. wissens, billig nichts erlegen haben, noch zu erlegen je schuldig gewesen seyn. Darum denn auch die Röm. Königl. Majest. so wenig, als andere Thur-und-Fürsten zusehen und gestatten können, daß Threr Königl. Majest. derselben erb-verpflichtete Land-Leute und Unterthanen, schuldige Gehorsam, Steuer und Mittleiden, deren Ihre Königl. Majest. und derselben Vorfahren am Hauf Oesterreich, von undenklichen Jahren her, in unwidersprechlichen Gebrauch und Übung gewest, und noch seyn, entzogen werden sollen.

§. LXVIII.

Chyemensis institutus est in insula cognomini ab eodem Eberhardo Archiepiscopo A. MCCXXV. (1) Salisburgenis Archiepiscopus non modo iure nominadi in hoc episcopatu gaudet: Sed etiam in secularibus superioritati territoriali subiectum habet. Qua de re cum lis oborta esset in Camera Imperialii A. MDLXVIII. pro Archiepiscopo pronuntiatum. (2)

(1) v. literas fundationis ap. HVNDIVM T. II. p. 160. seq. vbi et Episcopi Chymenses recensentur.

(2) v. IMHOFFIVS in notitia procerum Lib. III. c. 3. §. I. p. 66. Europäischer Herold T. I. p. 229

§. LXIX.

Tridentina Ecclesia sub Aquileiensi videtur suisse. Abundantius Episcopus subscriptis Concilio Aquileiensi sub Damaso; (1) et Agnellus Episcopus subscriptis relationi ad Mauritium Imperatorem. (2) Sed hodie exempta est. Cum Brixinensi Episcopo de honore prioris loci quondam intercessit controuersia. Sed nihil tum omisit Cardinalis Clesius, Episcopus Tridentinus, quo illum suae Ecclesiae atque ditioni afferet. (3) Caeterum Tridentinus Episcopus, aequo ac Brixinensis rationibus prouinciae Tyrolis certo modo innexi sunt: salvo tamen iure status Imperii, qua de re iuvat attexere WIGVLEII HVNDII obleruationem: (4) Episcopi Brixinenses, inquit, quemadmodum etiam Tridentinenses, tametsi iure Aduocatiae, ac quibusdam aliis id Comitatum Tyrolensem pertineant, sunt tamen principes Romani Imperii, Regalia ab Imperio sessionem in Comitiis Imperialibus habent, ac in contributionibus sunt. Hinc quoque ut et caeteri S. R. I. Principes, tam Ecclesiastici quam seculares, ab antiquis temporibus officiales suos, quos hereditarios vocant, habent.

(1) CAROLVS a S. PAVLO in Geographia Sacra p. 64.

(2) LVCAS HOLSTENIVS in notis.

(3) v. IA. PIRRVS PINCIVS in annalibus Tridentinis (Italice excisis Tridenti 1640. f. p 209. seq.)

(4) WIGVLEIVS HVNDIVS l.c. p. 307. add. Bericht, wie weit beyde Fürstliche Stiffter, Trident und Brixen verbunden seyn, einen regie-

regierenden Herrn in Tyrol, neben der Tyrolischen Landschafft Hülffe zu leisten: de A. 1712, in LVNIGH scriptis illustribus p. 577.

§. LXX.

Est et Labaci, in Carniolae metropoli, Aemonia veterum, Episcopatus, a Friderico III. dotatus, et a Pio II. A. MCCCCCLXIII. institutus, ac soluta Aquileiensis Patriarchae per illam oram autoritate, immediate sub sedem Romanam receptus. Quod et Paulus II. iteravit. (1) Tergestinus in Istria, quondam suffraganeus Gradenfis (2) fuit nunc itidem exemptus est.

(1) Plura de hoc episcopatu vid. in Baronis. a VALVASSOR Thre des Herzogthums Crayn Lib VIII. Sect. III.

(2) v. IRENAEVS a CRVCE in Historia Tergestina (Italice Venetiis 1698. f. edita) L. VII. cap. 8. Plura de hoc Episcopatu vid. ap. VALVASSOREM l. c. p. 781. et seq. Idem et de Episcopatu Pettini (Biben) agit p. 677. Legi quoque merentur, quae de antiquo Aquilensis metropolitico iure per vicinas Germanicae Ecclesiae Partes insper- sit Sect. II. p. 579. seq.

§. LXXI.

Noua quoque in Austria nuper eminere coepit metropolis Vindebonensis. Ecclesiae origines illustrant, quae de Fabianensi apud veteres leguntur. (1) Friderico III. Imperatori debet, quod a dioecesi Passauensi exenta proprium Episcopum ex decreto Pauli II. accepit, (2) qui episcopatus solenni ritu A. MCCCCCLXXX. (3) inauguratus est. Erat ab eo tempore immeditate subiectus sedi Romanae, et Archiduces habebant ius nominandi Episcopum. Sed Carolus VI. Imperator Augustus, ut haec quoque praerogativa ad Regiae celebritatem accederet, curauit, ut Viennensis Ecclesia Metropolis declararetur. Immitatus hac in parte Justinianum Imperatorem, quem Patriae sua Archiepiscopale fastigium conciliaisse supra notauimus. Subordinatus est illi Neostadiensis in Austria episcopatus, qui eodem Friderico Imperatore satagente quondam institutus, itidem immeditate sub sede Romana fuerat. Iuuat hac de re ipsam Innocentii XIII. Bullam, quod hactenus editam non memi- mus, adiicere. (4)

(1) Ne-

- (1) Negauerat *PETRVS LAMBECCIVS* Fabianam esse Viennam, quae et P. *ANTONII PAGII* sententia est: Sed ad argumenta illorum respondit P. *HANSIZIVS* in Metropoli Laureacensi, Germaniae Sacrae T. I. p. 71. et seq.
- (2) v. *HANSITZ*. l.c. p. 552.
- (3) *IBIDEM* p. 575.
- (4) Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoria. Suprema dispositione, cuius inscrutabili prouidentia ordinationem suscipiunt vniuersa, in supereminenti apostolicae dignitatis specula, meritis licet imparibus, constituti, ad vniuerfas, orbis Ecclesias aciem Nostrae meditationis, vigilis more pastoris, intendimus, ac inter caeteras curas, quibus assidue preminimur, illam libenter amplectimur, per quam Nostrae prouisionis ope Ecclesiae ipsae, praesertim in ciuitatibus, in quibus illustres personae imperiali Maiestate fulgentes resident, illarumq; Praesules, dignioribus titulis illustrentur, et condignis fauoribus attollantur. Cumque id Statui et Decori Ecclesiarum ipsarum maxime congruat, et Nos, pro diuini cultus, et Orthodoxae religionis arguento, conuenire conspicimus, in his sollicitudinibus Nostrae partes fauorabiliter interponimus, ac opem et operas nostras impendimus efficaces, ut illae Nostrae vigilantiae ministerium prosperis gratulantes eventibus, et felicia in spiritualibus suscipiant incrementa.

Sane cum sicut accepimus, peruetusta Civitas Viennensis, quae plurium seculorum spatio Archiducum Austriae, eorumque et Romanorum Regum, in Imperatores electorum, sedes, ac munitissimum aduersus Turcarum irruptiones propugnaculum, existit, illiusque Ecclesia dudum, nempe Anno Domini MCCCCLXVII. a fel. record. Paulo Papa II. Praedecessore Nostro, in cathedram erecta et sedi apostolicae immediate subiecta, ad quam dum illa pro tempore vacat, nominatio personae idoneae Pontifici pro tempore existenti facienda, ad charissimum in Christo filium, Carolum Hispanorum Catholicum, ac eorundem Romanorum Regem, in Imperatorem electum, ac pro tempore existente, Archiducem Austriae huiusmodi, cuius ipse Carolus Rex etiam Archidux existit, ex priuilegio Apostolico, cui non reperitur hactenus in aliquo derogatum, spectare dignoscitur, pro divini cultus, et Catholicae Religionis augmento, maioriisque decore, et praeeminentia, in Metropolitanam erigi mereatur. Nos, quorum humilitatem Altissimus, per ineffabilem diuinae suae bonitatis abundantiam, ad Apostolicae dignitatis fastigium euhere, et sublimare dignatus est, qui-

que pro Nostri pastoralis Officii debito curis excitamus assiduis, ut ad illa sollicite intendamus, per quae nostrae provisionis ministerio singularum Ecclesiarum in illis, praesertim ciuitatibus, quae frequenti Nobilium atque regalium personarum praesentia decorantur, gloriae et ornamento consuluntur, attentis dictae ciuitatis Viennensis nobilitate et splendore, ipsiusque Caroli Regis precibus et in communi Christianae totius Reipublicae causae defensione, et Illustris meritis Ciuitatis. et Ecclesiae Viennensis, praefatarum decori et venustati in praemissis opportune consulere volentes ac etiam fratrem Sigismundum, Episcopum, a quibusuis suspensionis et interdicti aliquisque Ecclesiasticis sententiis et censuris et poenis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium tantum consequendum, harum serie absoluenter, et absolutum fore censentes, post habitam cum venerandis fratribus nostris, S. Romanae Ecclesiae Cardinalibus, maturam deliberationem, de eorum Consilio, atque Apostolicae potestatis plenitudine, Ecclesiam Cathedram Neostadiensem, quae eidem sedi Apostolicae etiam immediate subiecta existit et ad quam etiam, dum illa pro tempore vacat, nominatio personae idoneae eidem Romano Pontifici pro tempore existenti facienda, ad eundem Carolum Regem, et similiiter pro tempore existentem Archiducem Austriae, ex simili privilegio apostolico pariter spectare et pertinere dignoscitur, illiusque ciuitatem et Dioecesim, cum omnibus et quibusunque eius territoriis, et terminis, et venerandum etiam fratrem, modernum Episcopum, ac dilectos filios, clerum, uniuersum, una cum dilectis etiam filiis, illius Capitulo, Populo, Collegiatis, Parochialibus, et aliis Ecclesiis, nec non Monasteriis utriusque sexus, caeterisque beneficiis et officiis Ecclesiasticis, cum cura, et sine cura, secularibus, et quorumvis ordinum et militiarum regularibus, nec non Hospitalibus, Domibus, Collegiis, et locis religiosis quibusunque, ab eiusdem sedi Apostolicae immediata subiectione Apostolica, tenore praesentium perpetuo diuidimus, et separamus, necnon a dictae sedi immediata subiectione, visitatione, correctione, et omni et quacunque alia iurisdictione etiam perpetuo eximimus et liberamus, ipsamque Ecclesiam Viennensem, ad laudem et honorem omnipotentis Dei, ac B. Virginis Mariae, et St. Apostolorum Petri et Pauli, necnon fidem Catholicae exaltationem, et totius militantis Ecclesiae gloriam, in Metropolitanam Ecclesiam, et sedem Episcopalem Viennensem in Archiepiscopalem, Archi-Episcopalique et Metropolitanam praecepsis sedem.

dem, et prouinciae caput, ita ut pro nunc, et deinceps Archi-Episcopus, qui Pallii, et crucis vsum; aliorum more, habeat, omniibus aliis insignibus Archi-Episcopalibus, nec non Privilegiis, honoribus et praerogatiis, Archi-Episcopis debitiss et concessis, gaudeat similiter, perpetuo erigimus et institujmus, ac nomine, Titulo, ac honore Archi-Episcopal et Metropolitanu decoramus: nec non venerabilem etiam fratrem, Sigismundum à Kolloniz, modenum illius Episcopum, ac pro tempore existentem Ecclesiae Vienensis Praesulem, in Archi-Episcopum declamatus, eique, ut Ipse caetera singula, prout Metropolitanis in eorum civitatibus, Dioecesis, et Provinciis a iure indulatum exiit, facere, exercere, administrare et exequi possit, eadem Autoritate concedimus, ita quod idem Sigismundus Episcopus, absque alia de eius Ecclesia Viennensi predicta de nouo facienda prouisione, seu praefectione, in Archi-Episcopum Viennensem praefectus esse intelligatur.

Praeterea eidem Ecclesiae Viennensi Neostadensem Ecclesiam dictumque modernum Episcopum Neostadiensem, et pro tempore existentem illius Praesulem, seu Administratorem concedimus, ut pro tempore existentis Archi-Episcopi Viennensis, iuri Metropolitanu subsit, ita quod Archi-Episcopus Viennensis pro tempore existens, in eadem Neostadiensi Civitate et Dioecesi Ius Metropolitanum sibi vindicet, nec non Neostadiensis Ecclesie predicta, eidem Archiepiscopo et Metropolitanu ad omnia et singula teneatur, et sit adstricta, ad quae suffraganei suis Merropoliticis Ecclesiis, et Metropolitanis tenentur, et obligati sunt, ut judicentur secundum Canonicas Sanctiones: Ac eidem Archi-Episcopo Viennensi suum suffraganeum consecrandi, ad provinciales synodos euocandi, ac cum eo etiam Ecclesiastica negotia terminandi, de cuius Ecclesia disponendi, et causas quaruincunque appellationum, sive querelas alias ad eum, tanquam Metropolitanum, juxta decreta Concilii Tridentini, devolutas, ac alias, iuxta sacrorum Canonum statuta spectantes cognoscendi, omniaque alia et singula quaecunque, quae de iure et consuetudine, aut alias quoqu modo ad Archi-Episcoporum munus spectare, et pertinere solent et debent, gerendi, faciendi et exercendi, plenam et omnimodam autoritatem, ac earundem, tenore praesentium concedimus facultatem.

Prouinciae quoque Viennensis Clerum et Populum uniuersum, pro sorundem Ecclesiae et Archi-Episcopi Viennensis provincialibus patiter etiam perpetuo concedimus et assignamus, ac deinceps perpe-
tuis.

tuis futuris temporibus Neostadiensem Ecclesiam praedictam dictam Ecclesiae Viennensis suffraganeam censendam, ac tam eam, quam illius civitatem, et Dioecesin vniuersam sub ipsa prouincia Viennensi comprehensam et nullatenus ab ea exemptam, nec dictae sedi Apostolicae immediate, neque ulli alteri, nisi tantum Viennensi Ecclesiae et illius Archi-Episcopo praedictis, quoad Archi-Episcopalja, Metropolitica, ac prouincialia iura et iurisdictiones, subiectas esse et fore. iuxta decreta congregationis rerum confistorialium, dicta auctoritate, declaramus: dicens ex nunc irritum et inane, si secus super his a quoquam, quavis Auctoritate, scienter, vel ignoranter, contigerit attentari, non obstantibus praemissis, ac, quatenus opus est, nostra et Cancellariae Apostolicae regulis de iure quae sito non tollendo, aliisque Constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, nec non praedictae Ecclesiae Neostadiensis juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alla roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indulxit eidem Ecclesiae, illiusque Praesulibus, et Administratoribus, dilectis similiter filiis capitulo et personis, sub quibuscunque tenoribus et formis, ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus et insolitis clausulis, nec non irritantibus et aliis decretis, etiam motu proprio, et ex certa scientia ac de Apostolicae potestatis plenitudine praedicta et confistorialiter, et de simili consilio, aut alias quomodolibet, etiam pluries, concessis, confirmatis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenore huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita obseruata inserti forent, praesentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscunque.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostram absolutionis, diuisionis, separationis, exemptionis, liberationis, erectionis, institutionis, decorationis, declarationum, concessionum, indulti, assignationis, Decreti, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, in dignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romae apud S. Mariam maiorem, anno incarnationis dominicae MDCCXXII, Calendis Junii Pontificatus nostri Anno II.

§. LXXII.

§. LXXII.

Iam ad prouincias ecclesiasticas progredimur, quae in ipsa Germania magna Francicorum, atque Saxonorum Imperatorum auspiciis institutae fuerunt. Aetatis ratione prior est Hamburgensis, sine Bremensis: Primatus autem titulo Magdeburgensis. Scilicet prolatis ultra Albitim Imperii Francici finibus, curam quoque sacrorum eo extendit Carolus M. et ecclesiam condidit Hamburgi. (1) Ludouicus Pius sollicitus de religione per Arctoas regiones propaganda, institit paternis coeptis, et A. DCCCXXXIII. Anscharium, Benedictinae disciplinae, emonasterio veteris Corbeiae alumnus, clarumque obita missione in Sueciam, et Daniam, Archiepiscopum Hamburgensem instituit. (2) Gregorius IV. Papa Bulla factum approbavit.

(1) *P. COINTIVS ad A. 810. De illa Ecclesia prolixius disquirit LAMBECHVS in Originibus Hamburgensis..*

(2) *Diploma Ludouici Pii, et Bulla Gregorii passim reperiuntur: Exstant quoque inter Priuilegia Eccles. Hamb. a LINDENBROGIO edita. conf. vita S. Anscharii in actis SS. Antverpiensibus ad d. 3. Febr. et in MABILLONIIS seculo Benedictino IV. P. II.*

§. LXXIII.

Sed post aliquot annos irruptionibus gentilium Slavorum oppidum ipsum vna cum Ecclesia periit, et Rex Ludouicus, Pii filius, Archiepiscopo fugere coacto, tantisper Bremensem ecclesiam dedit, quae tum forte ex obitu tertii Episcopi, Leuderici, vacabat. Is Episcopatus deinde in conuentu Vormatiensi A. DCCCLII. Metropoli Hamburgensi vnitus est. Non tulit Coloniensis aequo animo ita subduci sibi suffraganeum: statimque huic consilio contradixit. (1) Evidem Formosus Papa, interpellatus ab Hermanno Coloniensi, ita componere hanc litem fategit, ut Hamburgensis Archiepiscopus Bremensem Episcopatum in subsidiis retineret, donec Hamburgensis Ecclesia propriam dioecesim

72 DE PRIMATIBVS, METROPOLITANIS ETC.

coesin acquireret, interea Hamburgensis Archiepiscopus Coloniensi ut frater assisteret. (2) Sed Sergius Papa Hamburgensis Metropoleos libertatem prorsus afferuit. (3)

(1) v. annales Fuldenses ad hunc annum.

(2) v. Epistola Formosi Papae ad Adalgarium, Archiepiscopum Hamburgensem, in HENSCHENII commentar. de vita S. Anscharii §. 20. ap d. 3. Febr. ep. 403 add. PAGIVS ad A. DCCCXCV. n. 11.

(3) PAGIVS ad A. DCCCXV. n. X.

§. LXXIV.

Henricus I. ultra Eidoram aduersus Danos fines protrulit, quem nouum limitem Otto I. afferuit, et subiecit metropoli Hamburgensi Christiana disciplina excolendum. Tres itaque Episcopatus instituti, Schlesuici, Ripae, et Arhusae, de quo ADAMVS BREMENSIS in vita Adaldagi: *Igitur Beatissimus Archiepiscopus noster omnium primus ordinavit in Dania Episcopos, Haroldum ad Sliasuich, Liasdegum ad Rimap, Runbrandum ad Arbusam, quibus etiam illas commendauit Ecclesias, quae trans mare in Finne, Seland, ac Scone: ac in Sueonia.* Et emicuit solers Archiepiscoporum industria in religione Christiana per illa regna stabienda, ac Episcopatibus instituendis.

(1) Lib. II. cap. 2. Haec Episcopatum initia ad A. 9.19. referri debet
se ostendit PAGIVS in Critica Annalium Baronii ad h. A. n. 11.

§. LXXV.

Sed post mortem Adalberti Ecclesiae Regnorum Se-
centrionalium tentare libertatem, et subducere se Metro-
poli coeperunt. Favebant variae circumstantiae. Nam et
Reges non satis aequo animo ferebant Episcopos extraneo
Praesuli subesse, et incidebant tempora, quibus Romani
Pontifices e re sua esse judicabant Germanicorum Praesulum
fastigia imminuere, et deuincire sibi Principum amicitia-

as,

as, aduersus Imperatorum potentiam profuturas. Ita primum Lundini in Scania ad Archiepiscopale fastigium adscendit Altherus.
 (1) Cui conatui aperte fauerat Gregorius VII, Liemaro, Archiepiscopo Bremensi, ob eius in Henricum Caesarem, fidem infensor. Evidem non defuerunt sibi Hamburgenses. Usque occasione Adalbero, cum Imp. Lothario Innocentius II. Pontifex omnia deberet, bullam A. M CXXXIII. obtinuit, qua ipsius Metropoli restituit Episcopatus *Daciae Sueviae, Norvegiae, Farrisae, Gronlandiae, Halsingalandiae, Islandiae, Scrideuindiae.*
 (2) Sed nullo haec effectu. Quin et a Suevis A. MCLXII. Vpsalia Ecclesiasticae per Regnum Metropoleos honori destinata. Quod Alexander III. Papa, Anno sequente ratum habuit ea conditione ut Archiepiscopus Vpsaliensis a Lundensi ordinationem accipiat, eamque ut primatem respiciat. (3) Qua de re saeva interdum inter utrumque Praefulem iurgia. Tandem et Norwegia proprium Metropolitanum accepit Episcopum Nidrosiae. Atque ab eo tempore, obseruante ALBERTO CRANTZIO (4) Hamburgensis Metropoleos nomen intercidit, et Bremense nomen praeualuit.

(1) De ortu huius metropoleos disputat *CLAUDIVS OERNHIAELM* in historia Sueonum Gothorum Ecclesiastica.

(2) v. ap. *LINDEN BROGIV* M. p. 171.

(3) v. Bullas Alexandri ap. *CLAUDIVM OERNHIAELM* I. c. Lib. IV. cap. 5. p. 482.

(4) in Metropoli Lib. V. cap. 31. *Hoc Hamburgensis titulus ex die Constitutorum in Provinciis Aquilonaribus Archiepiscoporum, coepit aboleri, quando retraxerunt obedientiam Sedi Hamburgensi: desitque Legationis Superioritas, quae sub titulo Hamburgensis videbatur.* Quod repetit Lib. VI. cap. 13.

§. LXXVI.

Eodem Ottone M. autore Hamburgensis Metropolis frui coepit autoritate in vicinos Slauos inter Albim, et Balthicum Mare ad Panim usque amnem colentes, quae ab ipsis initii destina-
 ta ei fuerat. Is enim Obotitarum, et vicinorum conuersioribus

K

inten-

74 DE PRIMATIBVS, METROPOLITANIS ETC.

intentibus, Aldenburgi in Vagria, episcopatum fundauit, eique primum praefecit Markonem. Haec dioecesis circa A. MLI. diuisa ab Adalberto Archiepiscopo fuit, erectique noui Episcopatus in oppido Ratzeburgi, et Mecklenburgi. (1) Sed instabilis illorum, ob Paganorum furorem, fortuna. Verum Hartwigi, Archiepiscopus Bremenis, postquam variis modis apud Caesarem et Papam de recuperandis Episcopis Daniae, Norwegiae, et Sueciae frustra laborasset, tandem ne omnino careret suffraganeis, subuersos per Slaviam episcopatus instaurauit, (2) et Clementis IV. Pontificis autoritatem, pro confirmando Metropolitanu*m* iure expetiit. *) Geroldus Episcopus Aldenburgen*s*is deinde sedem Aldenburgo Lubecam, tanquam in locum tutiorum transiulit, Henrico Leone Ducatum Saxonie tenente, illasque oras aduersus Slauos valide afferente. Is etiam episcopo Mecklenburgensi, Bernardo, sedem assignauit Suerini. Vnde postea Episcopatus Suerinensis vocatus est. (3) Quibus in rem Christianam meritis, et quod opera eius haud parum adiuta esset illorum episcopatum instauratio, obtinuit, ut electi Episcopi ab ipso inuestituram acciperent. (4)

(1) v. Bullam ap. MADERVM in antiquitat. Brunsv. p. 121.

(2) v. Chronicon Slavorum incerti autoris in LINDENBROGII scriptoribus Rerum Germanicarum Septentrionalium p. 312.

*) v. Bullam. Clementis ap. LINDENBROGIVM l.c.n. 57. Formulam iuris iurandi, quod Ep. Lubecenses, et Suerinenses, Bremensi Archiepiscopo, ut Metropolitano, praesliterunt vid. IBIDEM n. 70. et 71.

(3) Diploma Henrici. vid. inter privilegia Hamburgensia apud LINDENBROGIVM n. 59. Alexandri, et Coelestini, Paerum Confirmationes vid. IBIDEM n. 61. et 63.

(4) v. HELMOLDVS l. I. c. 87. add. Diploma Friderici I. Henrico Leoni datum in LVNIGH Spicilegio Ecclesiast. T. III. p. 150. add. IBID: p. 292.

§. LXXVII.

Caeterum per hanc prouinciam ingens rerum conuersio subsecuta est. Nam ipse Archiepiscopatus, in ducatum versus,

Coro-

Coronae Suecicae in Pace Westphalica in partem satisfactionis datus.
 (1) Inde novo ducatui ex prioris status formula locus in Comitiis admodum conspicuus, et alternae in directorio circuli Saxonie inferioris vices. Episcopatus Suerinensis, et Ratzeburgensis, item in Pace Westphalica in Principatus seculares conuersi, et Ducibus Mecklenburgicis attributi sunt: qui eo nomine locum et suffragium tenent in Comitiis.

(1) v. Instrumentum Pacis Osnabrugeo-Westphalicae Art. X. §. 7.

(1) IBIDEM, Art. XII.

§. LXXVIII.

Durat adhuc episcopatus Lubecensis A. C. addictus et immediate sub imperio positus. Locus illi itaque est in Comitiis in subseilio transuerso, quod in Pace Westphalica pro A. C. addictis constitutum fuit. Cum tempore Pacis Westphalicae variis episcopatus seculo addicerentur, Iohannes pracerat. Eius, et fratri Friderici, ducis Holsatiae, prouidentia factum, ut status eius relinqueretur. Ob quod officium, aliaque beneficia, a Duce dioecesi exhibita, Capitulum, remunerationis loco, cum Duce A. M C D X L V II. initit pactionem, ut post Episcopum tum regentem, et iam postulatum Coadiutorem Iohannem Georgium, Friderici filium, sex in Episcopos aut Coadiutores ex domo ducali Holsatica, libere eligi postularue debeant. Quod pactum, variis agitatum motibus, (1) Imperator denuo ratum habuit in conuentione Alt-Ranstadiensi, cum Rege Sueciae A. MDCC VII.
 (2) inita.

(1) Hos motus et scripta vtrinque edita diligenter recenset Dn. PFEFFINGERVS in Vitriario illustrato T. I. p. 151. seq. add. LAMBERTI commentarii Rer. seculi XVIII. T. III. p. 616.

(2) v. Tabulas conuentionis in der Saats, Canzeley T. XII. p. 106.

§. LXXIX.

Nouam ecclesiae Germanicae prouinciam adiecit Otto M. Slauorum ad fidem christianam conuerzionibus, non minus ac

76 DE PRIMATIBVS, METROPOLITANIS ETC.

Carolus M. Saxonum, intentus. Metropolin visum est constitueret Magdeburgi ad Albim, quae ciuitas iam ante clara. (1) Egite ea de re cum Papa Iohanne in frequente conuentu Episcoporum Ravennae, ibique confectae, et signatae sunt tabulae fundationis. (2) Sed obtainendus erat Episcopi Halberstadiensis consensus, in cuius dioecesi quum ciuitas, tum ipsa regio ad Salam usque fluvium fuerat. Illum post annum et dimidium impetravit Hildeuardus Episcopus, consentiente Archiepiscopo suo Moguntino. Atque tum Imperator Adalbertum primum Archiepiscopum nominauit, monasterii olim S. Maximini prope Treuiros, alumnus, et iam ante conuertendis ad fidem Slavis destinatum. Si quidem ad euangelium Rugis annunciatum missus: sed repulsus ab obstinato in auitis erroribus populo, abbacie Weisseburgensi tantisper praefectus fuerat. Romae ordinatus est A. DCCCCLXX. d. XV. Kal. Nouembr. et pallium accepit. (3)

(1) v. Capitulare Caroli M. Lib. III. cap. 6. et alibi passim.

(2) v. Historia Erectionis Ecclesiae Magdeburgensis ap. MEIBOMIUM, add. HENRICI SCHMIDII Einleitung zur Brandenburgischen Kirchen-Historie.

(3) Quod Papa his verbis concedit. *Ipsi pallium tibi ad missarum, solennia celebranda damus, ipsi nimia dilectione conmoti circa te posuimus, et eote, sicut Archiepiscopum Moguntinensem, et Treuirensim, uti concedimus.*

§. LXXX.

Nouum Archiepiscopum Romae praesentem valde ornauit Papa Iohannes XIII. Nam primatum ei concessit, de quo tabulas ipsas iuuat inspicere, (1) ut formulam eius dijudicare possimus. Amplissimis quoque mox priuilegiis aucta est haec ecclesia ab Imperatoribus. Otto II. priuilegium dedit clero Magdeburgensi, quotiescumque successionis usus exigat, ac singulare arbitrium eligendi inter se pastorem: (2) Memoratque ibidem et Coloniensem, et alias ecclesiias hoc priuilegio gaudere. Otto IV. priuilegium

gium dedit capiendi haereditatem suffraganeorum, (3) quod Fridericus II. renouauit. (2)

(1) LVNIGIVS Spicil. eccles. T. I. Fortsetzung p. 15. Ita vero Papa de primatu: *Igitur quia sedem Magdeburgensem, cui Deo auctore praefides, nostra, tuorumque comprouncialium auctoritate archiepiscopalem esse decreuimus, quem inter caeteras ecclesias ordinem, vigorem, primatum, et aequitatem habere in posterum debeat, apostolicae sedis priuilegio muniri sanximus. Dei igitur omnipotentis auctoritate, et B. Petri Apostolorum Principis, et nostra, te tuosque successores in perpetuum, et ecclesiam tuam, omnium ecclesiarum, Archiepiscoporum, et Episcoporum, qui in Germania sunt ordinati, in sedendo, in iudicando, in confirmingando, in subscribendo, in sententiis dandis, omniue ecclesiastico ordine primatum habere volumus. Eorum vero, qui sunt in Gallia, item Mogontensis, Treuirenensis, et Colonensis ecclesiae, in omnibus parem honorem, et similem vigorem, praesenti priuilegio confirmamus.*

(2) v. ap. LVNIGIVM l. c. p. 24.

(3) IDEM im Reichs-Archiv P. Spec. conf. II. unterm Herzogthum Magdeburg p. 355.

(4) IBIDEM p. 356.

§. LXXXI.

Sed Archiepiscopatus in ducatum versus, Electori Brandenburgico datus, vigore Pacis Vestphalicae. Locus, ex pri-maeuae praerogatiuae ratione inter primos in comitiis durat, et alternae vices in directorio circuli Saxoniae inferioris.

§. LXXXII.

Sub hac metropoli fuerunt episcopatus Martisburgensis et Cizensis, eodem, quo ipsa metropolis, tempore conditi. Itemque Brandenburgensis (1) et Hauelburgensis, (2) qui hactenus sub metropoli Moguntina fuerant. (3) Cizensis autem episcopatus cathedra circa A. M X X I X. Numburgum ad Salam, tanquam in locum tutiorem translata fuit, vrgente Conrado Imperatore, (4) et consentiente Iohanne XX. Papa. Episcopi tamen domicilium

Cizae constituerunt, et ecclesia Cizenis, SS. Petro et Paulo dedicata, ipsa ab eo tempore facta est collegiata. (5) Episcopatus Brandenburgensem, et Huelbergensem A. MDLXV. Electo Brandenburgicus sub ditionem territorii sui asseruit. (6) (vti et Lebusensem.) (7) Misnensis Episcopus (8) male inter suffraganeos vulgo recensetur. Siquidem constat immediate subiectum fuisse Romanae ecclesiae. Legique in eam rem possunt veteres tabulae quas MADERVS edidit.

- (1) In designandis Brandenburgensis episcopatus initii, admodum variant autores. DITHMARVS Lib. III. triginta annos ante Magdeburgensem conditum scribit; sed habemus litteras fundationis Ottonis, quae Magdeburgi confectae A. DCCCCXLVIII. apud LVNIGIVM in spicil. eccl. P. II. App. p. 3.
- (2) Huelbergensis ecclesiae fundationem habemus Magdeburgi A. DCCCCXLVI. signatam.
- (3) v. Hattonis Archiepiscopi Moguntini diploma, quo consensum huic translationi impertit ap. LVNIGIVM in spicil. eccl. i Theils Fortsetzung in App. p. 16.
- (4) v. tabulas ap. SAGITTARIVM in historia Eckardi II. Marchionis Misniae Sect. XI.
- (5) Historiam Episcoporum scripsit CASPAR SAGITTARIUS, quam nuper denuo edidit CL. BVDERVS.
- (6) conf. GASTELIVS de statu publico Europae cap. XVII. §. 10. p. 170.
- (7) Obscura eius fata: conf. interea IOH. CHRISTOPH. BECMANNI Nachricht von Bisithum Lebus, add. Preussische und Brandenburgische Staats-Geographie P. II. p. 144. et 245.
- (8) Tabulae fundationis datae Romae IV. kal. Nouembr. A. MCCCCLXVIII. exstant apud MEIBOMIVM p. 752.

§. LXXXIII.

Norbertus in Poloniae ecclesias praetendebat ius metropolitanum, caussamque detulit ad Innocentium II. Papam, sauitque illi causae Papa, qui tum opus habeat amicitia Norberti, et Episcopos Poloniae, nominatim Episcopos Gnesiae, Cracouiae, Posnaniæ, Vratislauiae illi subesse praecepit. (1) Equidem videntur rationes ecclesiae Polonicae non rite constitutasuisse. Namquam-

quamquam Ottonem III. archiepiscopatum Gnesnensem instituif-
se scribant autores coaeui, (2) habemus tamen litteras Gregorii
VII. Papae, ad Ducem Boleslaum, quibus conqueritur Episcopus
Poloniae nulli certo Metropolitanu[m] subesse. Sed vt cunque haec ha-
beant, destinata certe Norberti effectu caruere.

(1) v. Bullam Innocenti II. datam Romae A. MCXXXI. Non. Jun. ap.
LVNIGIVM in spicil. eccl. 1. Theils Fortsetzung in App. p. 33-

(2) *DITHMARVS* in chronico Lib. IV

§. LXXXIV.

Dum ita Slavorum prouinciam ecclesiasticam ad Panim et Via-
drum flauium emensi suamus, addenda quaedam & de Cammi-
nensi in v[er]teriori Pomerania episcopatu[m]; Evidem et inter hosce
Slavos semina christianismi iam ante sparsa fuerant, et episcopatus
institutus Cholbergae A. DCCCCLXV. cuius ecclesiae Episcopus
Reinbernus nomine, dein A. DCCCCXCIX. ab Imp. Ottone III.
vt suffraganeus adscriptus fuit ecclesiae Gnesnensi, tum primum
ab ipso metropoli designatae. (1) Sed nouus hic episcopatus circa
A. MXXV. intercidit; (2) quo tempore christiana res per illam o-
ram vehementer afflita fuit. Instaurauit eam Otto, Episcopus
Bambergae, e gente Comitum ab Andechs, saeculo XII. ineunte: (3)
et fauente Vratislao, Slavorum per has oras Principe, ac Juli-
ni (quae vrbs, in Wollina insula sita, clarissima quondam fuit)
episcopalem sedem instituit. Accessit A. MCXL. Innocentii II.
Pontificis Romani confirmatio. (4) Conradus autem, secun-
dus in ordine Episcopus, Casimiro, Principe Pomeraniae, con-
sentiente, atque priuilegia ecclesiae confirmante, (5) episcopa-
lem sedem lulino transtulit Camminum, ceu locum tutiorem A.
A. MCLXXV. Quod A. MCLXXXVIII. ratum habuit Clemens III.
(6)

(1) *DITHMARVS MERRVRGENSIS* chron. L. IV. p. 84.

(2) *MARTIN: RANGO* in annal. Colbigenf. ad A. DCCCCXV.

De episcopatu[m] Colbergensi videatur etiam *MICRAELIUS* in chron.
Pomer. L. VI. p. 574.

(3) v.

- (3) v. ANDREAE, Abbatis Bambergensis, vita Ottonis Bambergensis a VAL. IASCHIO edita : et in HENR. CANISII lectionibus antiquis.
- (4) Bullam exhibet RANGO in Pomerania diplomatica p. 147. add. MICH. ZVLICHI historia episcopatus Camminensis.
- (5) Diploma vid. ad. RANGONEM l. c. p. 1152. et confirmationem eiusdem a Bogislao patre et Wratislao filio, Ducibus, eA. MCCCVIII. IBIDEM p. 157.
- (6) IBIDEM p. 159. ZVLICHIUS. 4. c. cap. l. §. 9.

§. LXXXV.

Amplissima dioecesis. (1) Ab initio statim Innocentius immediatè sub sede Romana recepit episcopatum: *Commissam, inquit, tibi Pomeranensem ecclesiam sub B. Petro, ad nostram protectionem suscipimus;* (2) eamque exemptionem aliquoties aduersus Gnesnae Archiepiscopos tuiti sunt; (3) et ideo etiam pallio honorati. (4) Caeterum ex antiquo Pomeraniae cum insignia iura. Nam quanquam electio penes Capitulum esset tamen ex pacto A. MCXXXV. cum Conrado inito, requirebatur Dicis autoritas. In civili quoque ratione Ducum autoritatem territorialem comiter coluere.

- (1) v. AENEAS PICCOLOMINAEVS in commentario de Europae statu sub Friderico III. Imperatore cap. XXIII.
- (2) Bullam pontificiam vid apud RANGONEM l. c. p. 147.
- (3) Sic Episcopus Conradus IV. (qui sedit ab A. MCCVII.) aduersus Gnesnensem a Papa Iohanne XXII. obtinuit, ut exemptione et libertas afferentur. vid. VALENTINVS ab EICHSTET in chron. nuper edito. Et quam intericto tempore ab Episcopo Petro (qui ab A. MCCXLIII. ad A. MCCCLXXII.) Poloniae Rex Casimirus, Petri quem vocant nummum posceret hic denegatus ipsi, et exemptione de novo Romae confirmata, v. RANGO l. c. p. 3.
- (4) MICRAELIVS Lib. VI. p. 440,

§. LXXXVI.

Sacrorum mutatio in hoc episcopatu consecuta est, quum Erasmus a Manteufel Episcopus Augustanae confessioni nomen
A. MDXXXVI.

A. MDXXXVI. daret. Deinde obtinuit, ut ab A. MDLVI. Episcopi ex familia Ducum Pomeraniae eligerentur: (1) donec alia rerum facies per pacem Westphalicam induceretur. (2) Et denique in comitiis Ratisbonensibus, hodie etiamnum durantibus, consensu Imperatoris, Imperiique statuum, episcopatus in principatum est conuersus, et Elector titulo post principatus Halberstadiensem, et Mindensem adiecit etiam Camminensem, nec non in comitiis Imperii sessionem et votum hoc nomine obtinuit.

(1). v. ZVLICHIVS l. c. cap. III.

(2) Instrum. pac. Osnabr. Art. XI. §. 12. *Regia quoque Maiestas Sueciae restituat domino Electori -- Colbergam cum toto episcopatu Camminensi, omnique iure, quod ulterioris Pomeraniae Ducebucusque habuerunt in collatione praelaturum et praebendarum Capituli Camminensis.* IBIDEM art. X. §. 4. *Quicquid etiam iuris in collatione praelaturarum et praebendarum Capituli Camminensis ante hac habuerunt Dukes Pomeraniae citerioris, habeat in posterum Regia Maiestas, regnumque Sueciae perpetuo, cum potestate eas extinguendi, redditusque mensae ducali, post modernorum Canonicorum et Capitularium decessum, applicandi.* Et art. XI. §. 5. *Dicto Domino Electori, et successoribus suis, episcopatus quoque Camminensis in feudum perpetuum ab Imperatore et Imperio concedatur, eodem plane iure et modo, ut supra de episcopatu Halberstadiensi, et Mindano dispositum est, sed cum hoc tamen discrimine, ut in episcopatu Camminensi integrum sit Domino Electori canonicatus, post decessum praesentium Canonicorum, extingue-re, atque sic successu temporis totum episcopatum ulteriori Pomeraniae adiungere, seu incorporare. Plenius haec definita im Grank. Recs. Sedini A. MDCLIII. in initio §. XXIV. et seq. itemque in conuentu provinciali Stargardiensi de A. MDCLIV.*

§. LXXXVII.

Primus episcopatum Pragae fundauit Boleslaus II. cognomento Pius, Dux Bohemiae et Moraviae, ad ecclesiam SS. Viti et Wenceslai, martyrum Cui rei et Iohannis

XIIII Papac, (1) et Ottonis I. Imperatoris, (2) autoritas accessit. Nouus Episcopus metropoli Moguntinae subiectus, regalia ab Imperatore, consecrationem a Moguntino accipere tenebatur. Cauit autem Pontifex in suis literis, ne secundum ritus, aut secfam Bulgariae gentis, vel Russae, aut Slavoniae linguae, sed magis sequens instituta et decreta Apostolica, unus potior totius Ecclesiae ad placitum, in hoc opus eligatur clericus, latinis apprime literis eruditus. Idea de causa factum, quod a Morauis (quorum Archiepiscopo Methodio Slavica in sacris lingua vii Iohannes VIII. Papa concesserat: (3) accepta religione, Bohemi sacerdotes Slavicam linguam in templis hactenus adhiberent, quem morem abrogare, ei- que latinam substituere Pontifex cupiebat. Et initio quidem Morauiam sub Pragensi dioecesi fuisse, ex diplomate Henrici IV Imperatoris, de A. MLXXXVI. cognoscere licet, quo declarat in curia Moguntina, eam, aliquamdiu Episcopo Pragensi subtractam, eidem redditam esse. (4)

(1) Literas pontificias de A. DCCCLXXI. vid. ap. GOLDASTVM in libro de Regno Bohemiae. in suppl. actor. publicorum n. IV.

(2) Ottonis Imperatoris autoritatem accessisse, patet ex loco not. 4.

(3) ap. GOLDASTVM l. c. n. 11.

(4) v. illud apud COSMAM Pragensem in Chron. Bohemian L. II. p. 41. et 42. Merentur hic legi sequentia, ob insigne testimonium quod continent tum de Bohemiae ad Germaniam habitu, tum de modo, quo tum tractatae fuerunt eins modi causae. *Quapropter uniuersi Dei nostrique regni fidelibus, tam futuris; quam praesentibus, notum esse volumus, qualiter fidelis noster, Episcopus Pragensis, Gebhardus, saepe confratribus suis et Episcopis, caeterisque Principibus nostris, ac nos- sime nobis conquestus est, quod episcopatus suus, qui ab initio Boemiae, ac Moraviae ducatum, unus et integer constitutus, et tam a Papa Be- nedicto, quam a primo Ottone, Imperatore, sic confirmatus est, postea ante- cessorum suorum consensu, sola dominantium potestate, subintronizato intra terminos eius novo Episcopo, diuisus esset, et imminutus. Qui*
quum

quum Mogontiac coram Legatis Apostolicis sedis, praesentibus nobis, ac plerisque regni nostri optimatibus, eandem querimoniam intulisset, ab Archiepiscopis Werlone Moguntino, Sigewinno Coloniensi, Egberto Treuirense, Liemaro Bremensi, ab Episcopis quoque Liedericu Viridunensi, Chunrado Traiectino, Waldrico Eystettensi, Ottone Ratisponensi, cum assensu laicorum, ducis Boemorum Wratilai, et fratribus eius Churradi, Duci Friderici, Duci Lutoldi, Palatini Comitis Rapothonis, et omnium, qui ibidem conuenerant, primitua illa parochia, cum omnibus terminorum suorum ambitu Pragensis sedis est adiudicata. Sequitur tum in Diplomate limitum designatio, et denique conclusio in hanc sententiam: *Mediantibus itaque nobis, et communii Principum aspirante suffragio, factum est, ut Dux Boemiac Wratizlaus, et frater eius Chunradus, supradicto Pragensi Episcopo, fratri suo parochiam iudicariet requisitam ex integro reprofiterentur, et redderent. Proinde nos, rogatu eiusdem Episcopij rationabiliter inducti, Pragensis episcopatus redintegrationem nostrae Imperialis autoritatis edicto, illi, et successoribuseius, confirmamus, et stabilitimus. etc.*

§. LXXXVIII.

Mox tamen iterum diuisae dioeceses. Siquidem **M X C I.** voluntate Vratislai Regis, Cosmas, Episcopus Pragensis, et Andreas Olomucensis electus est, et vterque ab Imperatore Henrico IV. in Italia Mantuae tum forte agente, per baculum et annulum investitus. Qua de re iuuat ipsum Cosmam, qui in literas haec retulit, audire: (1) Vterque deinde A. **M X C I V.** Mogontiae ab Archiepiscopo ordinatus est, quod iterum idem Cosmas describit. (2)

(1) Chron. Bohem. Lib. II. Rege Wratislao disponente Cosmas electus est ad Pragensem ecclesiam, et Andreas similiter ad Olomucensem. Scilicet per conductum Palatini Comitis, Rapatae, venient Mantuam, et praesentantur Imperatori, Tertio Henrico Augusto, inchoante Anno Domini M X C I I. mediante praedicto Rapata, sedens in Palatio Mantuano, Episcoporum atque Comitum ordine non modice ex utroque latere collocato, et electi iam praedictis Episcopis postis in medio. Caesar dixit: *Hos fratres ad nos misit noster fidelis amicus Wratizlaus, Rex Boemorum, ut secundum canonicanam, et Apostolicam insi-*

tutionem, nostra autoritate eorum confirmemus electionem, quam si-
ne vestro consensu noluimus facere dissinutionem. Et Praeful Monaste-
riensis (f. Moguntinensis) surgit, et appodians se mensae, in qua ba-
uli, annuli episcopales atque reliquiae Sanctorum erant postae, ait:
Periculorum est valde a paucis destrui, quod multorum sanctione con-
firmatum est. Multi enim interfuerimus Episcopi, multi et principes
Imperii Romani, atque Apostolicae sedis interfuerunt legati, quando ve-
stro privilegio confirmatis, ut uterque episcopatus, Pragensis simulet
Morauensis, sicut fuit ab initio, ita unus et integer permaneat. Ad
haec Caesar ait: Sine modo, ut quod me meus amicus rogat, faciam;
de his autem postea tempore in suo discutiam: Et statim despontat eos
annulis ad singulas ecclesias, dans eis pastorales virgas.

(2) IBIDE lib. III. Adhuc Imperatore III. Henrico ultra montes in
Langobardia traciante, indicta est generalis Synodus ab uniuersus
Episcopis et Princebus Romani Imperii infra mandiam Quadragesi-
mam, in Urbe Moguntina. Ad quam Dux Bretislau transmittit ele-
ctos Cosmam et Andream Episcopos, committens eos, et tradens per
manus Palatino Comiti, Rapotae, rogans ut eos offerat Moguntino
Episcopo ordinandos. Quo pro eius interueniente, et coram Archiepi-
scopo, et uniuersali Synodo testimonium perhibente, quod olim per Im-
peratorem in Mantoua corroborata sit eorum electio, omnibus suffra-
ganeis collaudantibus, ordinati sunt Cosmas, et Andreas, Episcopi, ab
Episcopo Moguntino, nomine Ruthardo.

§. LXXXIX.

Mansit Moguntinae ius istud, et vigore illius etiam
ius coronandi regem Bohemiae: donec Seculo XIV. fau-
ret occasio Bohemis, hoc nexus solui cupientibus. Hen-
ricus enim Archiepiscopus Moguntinus, quoniam Imperato-
ris, Ludouici Bauari, partes acriter tuebatur, iniurias erat
Papae. Itaque Benedictus XII. Papa soluebat A.MCCCXLI.
Episcopum Pragensem ab omni, erga Moguntinum, quem
schismaticum traducebat, obsequio. (1) Paulo post idem Ponti-
fex Ernesto, Pragensium Antistiti, facultatem concedebat Carolo,
Marchioni tum Morauiae, regalem vunctionem impertiendi.
(2) Denique Clemens VI. urgentibus Iohanne Rege, et Carolo
cius filio A. MCCCXLIII. (3) Pragensem ecclesiam denuo ab o-
mni

mni iuris dictione Praesulum Moguntinorum liberam declarauit,
et Metropolin instituit. Ut suffraganeos haberet, Olomucensem
ipsi subesse voluit, ac villa Lythomisensi, ciuitatis iure conde-
corata, celebre in illa monasterium Ordinis Praemon-
stratensis cathedra episcopali ornauit. (4) Idem Papa ius peragen-
dae vunctionis regalis, quod Moguntini fuerat, (5) A. MCCCXLV.
in nouum Archiepiscopum transtulit. (6) Quod Carolus IV.
electus iam Romanorum Rex A. MCCCXLVII. denuo sanciuit.
(7) Evidem ut erat Carolus Bohemiae sua studiosissimus longe
ampliorem destinabat nouae metropoli prouinciam. Nam im-
petrasse iam scribunt ab Urbano Papa, ut Pragensi Praesuli, tan-
quam Legato Apostolico, Episcopus Bambergensis, et Misnen-
sis, vterque immediate subiectus Romanae cathedralae, itemque
Ratisbonensis submitteretur. Sed illi, pro sua quisque par-
te fortiter restiterunt, et quum interea diem obiret Carolus, in ir-
ritum conatus ecidit. (8)

(1) v. *GOLDASTVS* l. c. in supplement. act. publ. n. XXVI.

(2) *IBIDEM* n. XXVII.

(3) Neque enim Goldasto assentiri possumus id A. MCCCXLVI. factum
putanti L. V. c. 4. quum subscriptio Bullae pontificiae aliud doceat.
Sunt qui iam ab Ottone III. designatam Pragae Metropolin existiment,
de quo legi meretur *PAGIVS* ad A. DCCCLXIX. n. V.

(4) Bullam vid. ap. *GOLDASTVM* l. c. n. XXX. Verba bullae sunt: Villam
Lythomisensem de Pragensi dioecesi existentem, locum nobilem, et
insignem, ad laudem divini nominis et honorem: nec non pro in-
cremento, profectu et exaltatione praedictis, in ciuitatem erigimus,
ipsam ciuitatis vocabulo insignimus, et nihilominus ecclesiam mona-
sterii, huiusmodi nouae ciuitatis, Praemonstratensis ordinis, in Cathe-
dralem etiam erigentes, etc.

(5) Treuirensem Episcopum Egilbertum iussu Imperatoris Wratizlaum
Regem, et Coniugem Zuanam coronas Pragae A. MLXXXVI.
scripsit *COSMAS* in chron. Bohem. L. II. p. 42. quod quare fa-
tum fuerit, definire non ausim. In epistola Benedicti XII. de A.
MCCCXLI. supra allegata, qua concedit Pragensi Episcopo Erne-
sto, vt possit Carolum Pragae vngere, et coronare, dicitur: *De an-*

86 DE FRIMATIBVS, METROPOLITANIS ETC.

tiqua et approbata consuetudine tuisitudo pertinere ad Archiepiscopum opum Moguntinum. Quod et in Clementis VI. bulla de A. MCCCXLV. repetitur.

(6) v Bullam ap GOLDASTVM I. c. in supplement. act. publ. n. XXXII.

(7) IBIDEM n. XXXIII.

(8) FABRICVS Lib. II. annal. urbis Misniae ad A. MCCCLXXV.

§. XC.

Hussitarum motibus haec metropolis fere interciderat. Evidem Iohannes Rochezana A. MCCCCXXXVI. Archiepiscopus appellatus fuit; sed quod quatuor Pragensium articulos eiurare nolle, confirmationem a Papa non obtinuit. Diu deinde vacavit sedes Archiepiscopalis, et sacerorum procuratio interea penes Praepositos templi metropolitani fuit, donec A. MDXX. Ferdinandi I. edicto restitueretur, qui Episcopum Viennae, Antonium Mohelnicum Archiepiscopum appellauit. (*) De titulis S. R. I. Principis, Primatis Regni Bohemiae, et Legati nati, Archiepiscopo Pragensi debitiss prolixo BALBINVS. (**)

(*) STRANSKY Reipubl. Bohem. c. 6. BALBINVS in epitom.
rer. Bohem L. V. c 13.

(**) In miscellaneis hist. Bohem. Decade I. Lib. VI. Part. II.

§. XCI.

Olomucensis per Morauiam sacra auctoritate potitur. Et initio quidem Antistites Laureacenses Morauiam christiana doctrina excolendam sumfisse, supra narravimus. Mox Cyrilus et Methodius, e Graecia profecti, feliciter exercuerunt missionem, ut nouam prouinciam ecclesiasticam adornare decerneret Papa, inuitis maxime Boioariae Episcopis. Destinatus is honoris urbi Weliadensi, in qua tunc Morauorum regia: sed cuius nomen hodie vix in unico Monasterio Cisterciensi superest. (1) Verum illa noua prouincia mox intercidit, coorta graui inter Methodium, et Regem, lite. Morauiam denique sub Pragensis Episcopi cura fuisse, iam notaimus. Quum proprium Episcopum accipisset, sedes episcopalnis Olomuci fuit. Sed Bruno Episcopus factus,

ctus, Cremsirium cathedralm transtulit. Iam immediate est sub Papa Romano, (2) Quod ab eo tempore repetit MELCHIOR GOLDASTVS, quo auctoritas metropoleos Pragensis, concusa H̄ssitarum motibus, iacuit. Ecclesia Olomucensis liberam electionem retinuit, et comprehenditur Concordatis nationis Germanicae. (3) Episcopus S. R. I. Principis titulo gaudet, et in Regno Bohemiae Comites Capellae regalis a Carolo IV. appellatus. (4)

(1) Conf. STREDOWSKY in Sacra Moraviae historia, sive vita SS. Cyrilli et Methodii p. 18.

(2) v. GOLDASTVS l. c. Lib. V. cap. 5.

(3) GOLDASTVS l. c. §. 11. 12.

(4) De qua dignitate commentatus est BOHVSLAVS BALBINVS l. c.

p. 19.

§. XCII.

Neque Lythomislenfis Episcopatus diu substitut. Ultimus eius Antistes reperitur fuisse Iohannes V. cognomento de Praga, qui A. MCCCCXIII. ad Olomucensem cathedralm promotus, servauit episcopatus Lythomislenfis administrationem. Ipso autem mortuo, et bonis ecclesiae Lythomislenfis H̄ssitarum bello disceptis, cessauit episcopatus, ac administratio in spiritualibus mansit penes Priorem conuentus B. Mariae Virginis Svitauiae, ordinis Praemonstratensium. (1) Sed nouos suffraganeos accepit Archiepiscopus Pragensis Ernestus Saeculo praeterito cum duo Episcopatus instituti Litomarici, et Reginohradeci. (2)

(1) GOLDASTVS Lib. V. c. VII. §. 6. BALBINVS in epit. rer. Bohem. Lib. III. c. 10.

(2) de his conf. BOHVSLAVS BALBINVS in miscellaneis Historiae Bohemicae. Decad. I. Lib. VI. Part. II. p. 72.

§. XCIII.

Amplissima per Sileiam dioecesis est Episcopatus Vratislauensis, cuius origines erudite explicuit HENELIVS. (1) Metropolitanum respexit olim Gnesensem in Polonia Archiepiscopum,

a quo

a quo in Synodo Lanciensi tertium occupasse locum Zyroslauum
 I. Episcopum Vratislauensem scribit STAMISLAVS LVBIENS-
 KI. (2) Alius Vratislauensis Episcopus Laurentius, litem de ho-
 nore loci habuisse legitur cum Iuone Episcopo Cracouensi. Qui
 eam ob causam Romam proiectus est, petiturus, ut sua Ecclesia
 Vratislauensi, ac reliquis praeponeretur. (3) A. MCCXLV.
 Thomae Episcopo insignia priuilegia dedit Innocentius IV. Papa.
 (4) Quibus vtrum plena exemptione a iure Metropolitanu[m] contine-
 tur, di[sc]utatum fuit. Non est nostrum actus, qui vtrinque allega-
 ri solent, hic proponere, et expendere. (5) De statu vero causae
 iudicare poterit Lector, ex cautione, quam Capitulum petiit, quum
 Carolum Ferdinandum, Sigismundi III. Regis Poloniae, filium, E-
 pископum reciperet. Tum enim cavit Sigismundus Rex, receptio-
 nem istam ecclesiae Vratislauensi non fore praeiudicio, neque per
 eam sub Gnesnensis Metropolitanu[m] superioritatem, et iurisdictionem
 dictam Ecclesiam trahi debere. Sedem Episcopalem hodie habet
 Episcopus Nissac in Silesia.

(1) In Silesiographia renouata cap. VIII.

(2) apud HENELIVM l. c. in notis ad §. 56.


(3) HENELIVS l. c. in notis ad §. XXX. p. 74.

(4) Bullam Pontificiam exhibuit Dn. FRIDERICVS GVILIELMVS

a SOMMERSBERG in specimine Codicis Silesiae diplomatici num.
 V. p. 779. Argumentum refert HENELIVS l. c. in not. ad §. XXXI.
 p. 77. Recepit scilicet Pontifex ecclesiam Vratislauensem cum omni-
 bus ecclesiae bonis, in sedis Apostolicae protectionem, exemitque epi-
 scopatum a iurisdictione omnium aliorum Episcoporum, et Archiepisco-
 rum, salua tamen autoritate Metropolitanu[m], in casibus ei a iure concessis.

(5) Vide illos relatos apud HENELIVM l. c.


(6) Audiamus haec narrantem HENELIVM l. c. in not. ad §. XLV. Ne Ecclesia
 ab Archiepiscopo Gnesnensi, Primate, et primo Principe regni Poloniae, sub primi-
 tialis ac metropolitanas ecclesiae superioritatem, atque iurisdictionem trahatur,
 neve ea filii Regis, in episcopatum receptione praeiudicium aliquod inribus et consuetu-
 dinibus, quoad dictam subjectionem erga Metropolitanum Gnesnensem, Episcopis
 Vratislauensis in posterum pariat: Eas vero conditiones seruaturum se, cum pri-
 misque ne receptione ista Ecclesiae Vratislauensi fraudi sit, operam daturum, autorita-
 temque suam regiam apud Archiepiscopum Gnesnensem interpositurum, nec in eam
 rem Serenissimum filium, quamdui Episcopus fuerit, consensuram, spondit, etc.



a quo
I. Ep
KI.
nore
eam
Vrat
Tho
(4)
tur,
risol
judic
Carc
pisco
nem
eam
dicta
Episc
(1)
(2)
(3)
(4)

(5)
(6)

(7)
(8)
(9)
(10)
(11)
(12)
(13)
(14)
(15)
(16)
(17)
(18)
(19)



upasse locum Zyroslaum
AMISLAVS LVBIENS-
Laurentius, item de ho-
scopo Cracouensi. Qui
petitur, ut sua Ecclesia
ir. (3) A. MCCXLV.
edit Innocentius IV. Papa.
Metropolitano contine-
ctus, qui vtrinque allega-
(5) De statu vero causae
n Capitulum petiit, quum
Legis Poloniae, filium, E-
gismundus Rex, receptio-
re praeiudicio, neque per
ritatem, et iurisdictionem
Episcopalem hodie habet

§. 56.

P. 74.
RIDERICVS GVILIELMVS
cis Silesiae diplomatici num.
LIVS l. c. in not. ad §. XXXI.
n Vratislauensem cum omni-
protectionem, exemitque epi-
Episcoporum, et Archiepisco-
ni, in castibus ei a iure concessis.

in not. ad §. XLV. Ne Ecclesia
principe regni Poloniae, sub primi-
, atque iurisdictionem trahatur.
tum aliquod iuribus et consuetu-
politanum Gnesensem, Episcopis
ditiones seruaturum se, cum pri-
udi sit, operam daturum, autorita-
ensem interposturum, nec in eam
, consensum, popondit, etc.